





OFFICIUM DIVINUM

AD NORMAM INSTITUTIONIS DE LITURGIA HORARUM PRO MONASTERIIS ORDINIS CISTERCIENSIS, A CONGREGATIONE PRO CULTU DIVINO DIE 27 NOVEMBRIS 1974 APPROBATÆ, DISPOSITUM

LITURGIA HORARUM
Ordinis Cisterciensis

PSALTERIUM

PER DUAS HEBDOMADAS DISTRIBUTUM

Editio Abbatiæ ad S. Crucem in Austria

Typis Officinæ Sancrucensis
MMVI

Ad Introductionem Officii

PSALMUS INVITATORIUS

Psalmus 94

Invitatio ad laudem Dei

Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec „hodie“ cognominatur. (Hebr 3,13)

Proponitur et repetitur versus invitatorius.

Veníte, exsultémus Dómino; *
iubilémus Deo salutári nostro.

Præoccupémus fáciem eius in confessióne, *
et in psalmis iubilémus ei.

Repetitur totus versus invitatorius.

Quóniam Deus magnus Dóminus, *
et rex magnus super omnes deos.

Quia in manu eius sunt profúnda terræ, *
et altitúdines móntium ipsíus sunt.

Quóniam ipsíus est mare, et ipse fecit illud, *
et siccam manus eius formavérunt.

Repetitur secunda pars versus invitatorii.

Veníte, adorémus et procidámus, *
et génua flectámus ante Dóminum qui fecit nos,

quia ipse est Deus noster, *
et nos pópulus páscuæ eius et oves manus eius.

Repetitur totus versus invitatorius.

Utinam hódie vocem eius audiátis: *
„Nolíte obduráre corda vestra,

sicut in Meríba secúndum diem Massa in desérto, †
ubi tentavérunt me patres vestri: *
probavérunt me, etsi vidérunt ópera mea.

Repetitur secunda pars versus invitatorii.

Quadragínta annis tǽduit me generatiónis illíus, *
et dixi: Pópulus errántium corde sunt isti.

Et ipsi non cognovérunt vias meas; †
ídeo iurávi in ira mea: *
Non introíbunt in réquiem meam.“

Repetitur totus versus invitatorius.

Glória Patri, et Fílio, *
et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípio, et nunc et semper, *
et in sǽcula sæculórum. Amen.

Repetitur secunda pars versus invitatorii. Tunc proponitur prima pars ab invitatore et chorus addit secundam partem.


Ad Vigilias

HYMNUS TE DEUM


iv. T.




Te De-um laudámus: * te Dóminum




confi-témur. Te ætérnum Patrem, * omnis



terra venerá- tur. Tibi omnes Ange- li, * ti-




bi cæli et univérsæ potestá- tes. Tibi Ché-




rubim et Séraphim, * incessábi- li voce pro-




clámant: Sanctus, Sanctus, Sanctus * Dómi-




nus De-us Sába- oth. Pleni sunt cæli et ter-




ra * maiestátis glóri- æ tu- æ. Te glori- ó-




sus * Apostolórum cho- rus. Te prophetá-




rum * laudábi- lis núme-rus, te mártyrum




candidátus * laudat exérci- tus. Te per or-




bem terrárum * sancta confi-tétur Ecclési-




a. Patrem * imménsæ maiestá- tis; vene-



rándum tuum verum * et únicum Fíli- um;




Sanctum quoque * Parácli-tum Spíri- tum.




Tu rex glóri- æ, * Christe. Tu Patris *




sempi-térnus es Fíli- us. Tu, ad liberándum




susceptúrus hómi-nem, * non horru-ísti Vír-



ginis úterum. Tu, devícto mortis acúle- o,*




aperu-ísti credéntibus regna cælórum. Tu




ad déxteram De-i sedes, * in glóri- a Pa-




tris. Iudex créderis * esse ventúrus. Te er-




go quǽsumus, tuis fámulis súbveni, * quos



preti- óso sánguine redemísti. Ætérna fac




cum sanctis tuis * in glóri- a numerá- ri.





Salvum fac pópulum tuum, Dómine, * et





bénedic heredi- táti tu- æ. Et rege e-os, *



et extólle illos usque in ætérnum. Per sín-



gulos di- es * benedícimus te. Et laudá-



mus nomen tuum in sǽcu- lum, * et in sǽ-


culum sǽculi. Dignáre, Dómine, di- e i-



sto * sine peccáto nos custodí-re. Miserére


nostri, Dómi-ne, * mise-rére nostri. Fi- at



misericórdi- a tua, Dómine, super nos, *



quemádmodum sperávimus in te. In te,




Dómine, sperá- vi: * non confúndar in æ-




térnum.

HYMNUS TE DECET LAUS


j. T.




Te decet laus, * te decet hymnus, ti-



bi glóri- a De-o Patri, et Fíli- o, cum San-



cto Spíri-tu, in sǽcu- la sæculó- rum.



A- men.

Ad Laudes matutinas

Canticum Evangelicum   Lc 1,68-79

De Messia eiusque præcursore

Benedíctus Dóminus Deus Israel, *
quia visitávit et fecit redemptiónem plebis suæ;

et eréxit cornu salútis nobis, *
in domo David, púeri sui:

sicut locútus est per os sanctórum, *
qui a sæculo sunt, prophetárum eius;

salútem ex inimícis nostris, *
et de manu ómnium, qui odérunt nos:

ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris, *
et memorári testaménti sui sancti;

iusiurándum, quod iurávit
ad Abraham, patrem nostrum, *
datúrum se nobis,

ut sine timóre,
de manu inimicórum nostrórum liberáti, *
serviámus illi,

in sanctitáte et iustítia coram ipso, *
ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, prophéta Altíssimi vocáberis: *
  præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius,

ad dandam sciéntiam salútis plebi eius, *
  in remissiónem peccatórum eórum,

per víscera misericórdiæ Dei nostri, *
  in quibus visitávit nos Oriens ex alto:

illumináre his, qui in ténebris
    et in umbra mortis sedent, *
  ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

ORATIO DOMINICA

Pater noster, qui es in cælis:
    sanctificétur nomen tuum. †
Advéniat regnum tuum. †
Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. *
Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie. †
Et dimítte nobis débita nostra,
  sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. *
Et ne nos indúcas in tentatiónem. †
Sed líbera nos a malo.

ANTIPHONA B. MARIÆ VIRGINIS

vij. T.

Sub tu-um præsídi- um confúgimus, sancta De-i Génetrix, nostras deprecati- ó- nes ne despíci- as in necessi- tátibus nostris, sed a perículis cunctis líbera nos, sem- per Virgo glori- ósa et be- nedícta. (T.P. Alle- lú-ia, allelúia.)

Hebdomada sancta

vj. T.

Virgo Vírginum præclá- ra, mihi iam non sis amára, fac me tecum plángere.

Fac, ut portem Christi mortem, passi- ónis fac consórtem, et plagas recólere.

AD HORAS MINORES

HYMNI

Series I

Ad Tertiam

In sollemnitatibus

j. T.

Nunc, Sancte, nobis, Spíri- tus, * unum Patri cum Fíli- o, dignáre promptus ínge- ri nostro refú- sus péctori.

In dominicis et festis

vij. T.

Nunc, Sancte, nobis, Spí- ritus, * u- num Patri cum Fíli- o, dignáre promptus ín- geri nostro refúsus péctori.

In memoriis

j. T.

Nunc, Sancte, nobis, Spíri-tus, * unum Patri cum Fíli- o, dignáre promptus íngeri nostro refúsus péctori.

In feriis

ij. T.

Nunc, Sancte, nobis, Spíri-tus, * u-num Patri cum Fíli- o, dignáre promptus ín-geri nostro refúsus péctori.

Os, lingua, mens, sensus, vigor
confessiónem pérsonent,
flamméscat igne cáritas,
accéndat ardor próximos.

Per te sciámus da Patrem,
noscámus atque Fílium,
te utriúsque Spíritum
credámus omni témpore. Amen.

Ant. ad Tertiam

Fer. II et V Clamávi, et exaudívit me. 1.

Fer. III et VI Lætátus sum in eo, quod dixérunt mihi. 4.

Fer. IV et Sabb. Dóminus custódiat intróitum tuum et éxitum tuum. v.

Ad Sextam

In sollemnitatibus

j. T.

Rector potens, verax De-us, * qui tém-

peras rerum vices, splendó-re mane ínstru-

is et ígnibus me-rídi- em.

In dominicis et festis

vij. T.

Rector potens, ve-rax De-us, * qui tém-

peras re- rum vices, splendóre mane ínstru-

is et ígnibus me-rí- di- em.

In memoriis

j. T.

Rector potens, verax De-us, * qui tém-

peras rerum vices, splendóre mane ínstru- is

et ígnibus merídi- em.

In feriis

ij. T.

Rector potens, verax De-us, * qui

témperas rerum vices, splendóre mane íns-

tru-is et ígnibus merídi- em.

Exstíngue flammas lítium,
aufer calórem nóxium,
confer salútem córporum
verámque pacem córdium.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

Ad Nonam

In sollemnitatibus

j. T.

Rerum, De-us, tenax vigor, * immó-tus in te pérmanens, lucis di- úrnæ tém-pora succéssibus de-términans,

In dominicis et festis

vij. T.

Rerum, De-us, tenax vigor, * immó-
tus in te pérmanens, lucis di-úrnæ témpo-
ra succéssibus de-términans,

In memoriis

j. T.

Rerum, De-us, tenax vigor, * immó-
tus in te pérmanens, lucis di-úrnæ témpo-
ra succéssibus detérminans,

In feriis

ij. T.

Rerum, De-us, tenax vigor, * immó-

tus in te pérmanens, lucis di- úrnæ témpo-

ra successibus detérminans,

Largíre clarum véspere,
quo vita numquam décidat,
sed præmium mortis sacræ
perénnis instet glória.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

Ant. ad Nonam

Fer. II et V Qui hábitas in cælis, miserére nobis. viij.

Fer. III et VI In circúitu pópuli súi Dóminus, ex hoc nunc et usque in sǽculum. j.

Fer. IV et Sabb. Adiutórium nostrum in nómine Dómini. j.

HYMNI

Series II

Ad Tertiam

In sollemnitatibus

j. T.

Certum tenéntes órdinem, * pi- o po-

scámus péctore hora di- é-i térti- a tri-

næ virtú- tis glori- am.

In dominicis et festis

vij. T.

Certum tenéntes órdinem, * pi- o po-

scámus péctore hora di- é-i térti- a trinæ

virtú- tis glo- ri- am.

In memoriis

j. T.

Certum tenéntes órdinem, * pi- o po-

scámus péctore hora di- é-i térti- a trinæ

virtútis glori- am.

In feriis

ij. T.

Certum tenéntes órdinem, * pi- o po- scámus péctore hora di- é-i térti- a trinæ virtútis glori- am.

Ut simus habitáculum
illi Sancto Spirítui,
qui quondam in apóstolis
hac hora distribútus est.

Hoc gradiénte órdine,
ornávit cuncta spléndide
regni cæléstis cónditor
ad nostr*a* ætérna præmia.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

Ant. ad Tertiam

Fer. II et IV et VI Beátus omnis, qui timet Dóminum. ij.

Fer. III et V et Sabb. Dóminus ædíficet nobis domum, et custódiat civitátem. v.

Ad Sextam


In sollemnitatibus

j. T.


Dicámus laudes Dómino * fervénte prompti spíri-tu; hora vo- lúta séxi- es nos ad orándum próvocat.

In dominicis et festis


vij. T.



Dicámus laudes Dómino * fervénte




prompti spíri-tu; hora volúta séxi- es nos




ad orándum pró- vocat.

In memoriis


j. T.



Dicámus laudes Dómino * fervénte



prompti spíri-tu; hora volúta séxi- es nos



ad orándum próvocat.

In feriis

ij. T.

Dicámus laudes Dómino * fervénte prompti spíri-tu; hora volúta séxi- es nos ad orándum próvocat.

In hac enim fidélibus
veræ salútis glória
beáti Agni hóstia
crucis virtúte rédditur.

Cuius luce claríssima
tenébricat merídies,
sumámus toto péctore
tanti splendóris grátiam.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

Ad Nonam

In sollemnitatibus

j. T.

Ternis horárum términis * vo- lútis dante Dómino, trinum per- fécte et úni- cum ipsum devó- ti psállimus.

In dominicis et festis

vij. T.

Ternis horá- rum términis * volútis dante Dómino, trinum perfécte et únicum ipsum devó- ti psál- limus.

In memoriis

j. T.

Ternis horárum términis * volútis dante Dómino, trinum perfécte et únicum ipsum devóti psállimus.

In feriis

ij. T.

Ternis horárum términis * volútis dante Dómino, trinum perfécte et únicum ipsum devóti psállimus.

Sacrum Dei mystérium
puro tenéntes péctore,
Petri magístri régula
signo salútis pródita,

Et nos psallámus spíritu,
hæréntes sic apóstolis,
ut plantas adhuc débiles
Christi virtúte dírigant.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

Ant. ad Nonam

Fer. II et IV et VI Speret Israel in Dómino. 1.

Fer. III et V et Sabb. Dómine, non est exaltátum cor meum. 1.

Ad Vesperas

Canticum Evangelicum Lc 1,46-55

Exsultatio animæ in Domino

Magníficat *
ánima mea Dóminum,

et exsultávit spíritus meus *
in Deo salutári meo;

quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ, *
ecce enim ex hoc beátam me dicent
omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: *
et sanctum nomen eius,

et misericórdia eius a progénie in progénies *
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in brácchio suo, *
dispérsit supérbos mente cordis sui,

depósuit poténtes de sede, *
et exaltávit húmiles,

esuriéntes implévit bonis, *
et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, *
recordátus misericórdiæ suæ,

sicut locútus est ad patres nostros, *
Abraham et sémini eius in sǽcula.

ANTIPHONÆ B. MARIÆ VIRGINIS

A I Vesperis dominicæ Adventus usque ad festum in Præsentatione Domini inclusive

v. T.

A l- ma Redemptóris Ma- ter,

quæ pérvi- a cæli porta manes, et stel- la

ma- ris, succúrre cadén- ti, súrgere qui cu-

rat, pópulo: tu quæ genu- ísti, natú- ra

mirán- te, tuum sanctum Geni- tórem, Vir-

go pri- us ac posté- ri- us, Gabri- é- lis ab

o- re sumens illud Ave, peccatórum mi-

serére.


A festo in Præsentatione Domini usque ad feriam Quartam Cinerum exclusive

vj. T.


A - ve Regína cæló- rum, A- ve

Dómina Angeló- rum: Sal- ve ra- dix, sal-

ve porta, Ex qua mundo lux est or-



ta: Gaude, Virgo glori- ósa, Super omnes




speci- ó- sa: Va- le, o valde decóra,




Et pro no- bis Chri- stum exóra.

Tempore Quadragesimæ


iv. T.



Sancta Marí- a, succúrre mí- seris,



iu- va pu- sillá- nimes, ré- fove flé- biles,



o- ra pro pópulo, intérve- ni pro cle-

ro, intercé- de pro devóto femí- ne- o

sexu.

Hebdomada sancta

vj. T.

Sancta Mater, istud agas, crucifíxi fi-

ge plagas cordi me- o válide. Tui Nati vul-

nerá- ti, tam dignáti pro me pati pœnas

mecum dívide.

Tempore Paschali

vj. T.


R egína cæli lætá- re, al- le-lúia, Qui- a quem me- ru- ísti por- tá- re al- le- lúia, Re- surré- xit sicut dixit, alle- lú- ia, Ora pro nobis De- um, alle- lú- ia.

A feria secunda post Pentecosten usque ad diem 14 augusti antiphona „Sancta María“, ut supra.


A I Vesperis Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis usque ad Adventum antiphona „Ave Regína cælórum“, ut supra.

BENEDICAMUS DOMINO

In sollemnitatibus




℣. Benedicá- mus Dó- mino.




℟. De- o grá- ti- as.

In dominicis et festis




℣. Benedi- cá- mus Dó- mino.




℟. De- o grá- ti- as.

In memoriis




℣. Benedicámus Dómino.




℟. De- o grá- ti- as.

In feriis




℣. Benedicámus Dómino.




℟. De- o gráti- as.


Diebus infra octavam Paschæ




℣. Benedicámus Dómino, allelúia,



alle- lúia.



℟. De- o gráti- as, allelúia, alle- lúia.



HEBDOMADA I

DOMINICA
Ad I Vesperas

HYMNUS

viij. T.

De-us cre-átor ómni- um, * polique re-ctor vésti- ens di- em decó-ro lúmine, no-ctem sopóris gráti- a.

Artus solútos ut quies
reddat labóris úsui
mentésque fessas állevet
luctúsque solvat ánxios,

Grates perácto iam die
et noctis exórtu preces,
voti reos ut ádiuves,
hymnum canéntes sólvimus.

Te cordis ima cóncinant,
te vox canóra cóncrepet,
te díligat castus amor,
te mens adóret sóbria,


Ut cum profúnda cláuserit
diem calígo nóctium,
fides tenébras nésciat
et nox fide relúceat.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

Ant. 1

8. T.

Dómine, clamávi ad te, ex- áudi me.



E u o u a e.

Psalmus 140

In periculis oratio

Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo. (Ap 8,4)

Dómine, clamávi ad te, ad me festína; *
inténde voci meæ, cum clamo ad te.

Dirigátur orátio mea
sicut incénsum in conspéctu tuo, *
elevátio mánuum meárum
ut sacrifícium vespertínum.

Pone, Dómine, custódiam ori meo, *
et vigílias ad óstium labiórum meórum.

Non declínes cor meum in opus malítiæ, *
ad machinándas machinatiónes in impietáte,

cum homínibus operántibus iniquitátem; *
et non cómedam ex delíciis eórum.

Percútiat me iustus in misericórdia et íncrepet me; †
óleum autem peccatóris
non impínguet caput meum, *
quóniam adhuc et orátio mea in malítiis eórum.

Deiécti sunt iuxta petram iúdices eórum, *
qui audíerant verba mea, quóniam suávia erant.

Sicut frusta dolántis et dirumpéntis in terra, *
dissipáta sunt ossa eórum ad fáuces inférni.

Quia ad te, Dómine, Dómine, óculi mei; *
ad te confúgi, non effúndas ánimam meam.

Custódi me a láqueo quem statuérunt mihi, *
et a scándalis operántium iniquitátem.

*Cadent in retiácula sua peccatóres simul, **
ego autem ultra pertránseam.

Ant. 1 Dómine, clamávi ad te, exáudi me. 8.

Ant. 2

8. T.

Pórti- o me- a, Dómine, sit in terra vi-vénti- um. E u o u a e.

Psalmus 141

Tu es refugium meum

Hæc omnia in Domino tempore passionis impleta sunt.
(S. Hilarius)

Voce mea ad Dóminum clamo, *
voce mea ad Dóminum déprecor;

effúndo in conspéctu eius lamentatiónem meam, *
et tribulatiónem meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo in me spíritus meus, *
tu cognovísti sémitas meas.

In via qua ambulábam, *
abscondérunt láqueum mihi.

Consídera ad déxteram, et vide; *
et non est qui agnóscat me.

Périit fuga a me, *
et non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine; †
dixi: „Tu es refúgium meum, *
pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatiónem meam, *
quia humiliátus sum nimis.

Líbera me a persequéntibus me, *
quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam *
ad confiténdum nómini tuo;

circúmdabunt me iusti, *
cum retribúeris mihi.“

Ant. 2 Pórtio mea, Dómine, sit in terra vivéntium. 8.

Ant. 3

v. T.

In conspéctu Angelórum psallam tibi, De-us me-us. E u o u a e.

Psalmus 137

Gratiarum actio

Reges terræ afferent gloriam suam et honorem in civitatem sanctam. (cf. Ap 21,24)

Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, *
quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu angelórum psallam tibi, *
adorábo ad templum sanctum tuum;

et confitébor nómini tuo †
propter misericórdiam tuam et veritátem tuam, *
quóniam magnificásti super omne nomen
elóquium tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me; *
multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confitebúntur tibi, Dómine, omnes reges terræ, *
quia audiérunt elóquia oris tui.

Et cantábunt vias Dómini, *
quóniam magna est glória Dómini;

quóniam excélsus Dóminus, †
et húmilem réspicit, *
et supérbum a longe cognóscit.


Si ambulávero in médio tribulatiónis,
vivificábis me; †
et contra iram inimicórum meórum
exténdes manum tuam, *
et salvum me fáciet déxtera tua.

Dóminus opus perfíciet pro me; †
Dómine, misericórdia tua in sæculum: *
ópera mánuum tuárum ne remíttas.


Ant. 3 In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus. v.

Ant. 4


7. T.



I esus Naza- rénus Rex Iudæó- rum, Im-



perátor cæli et Dóminus domi- nánti- um.



E u o u a e.

Canticum

Phil 2,6-11

De Christo, servo Dei

Christus Iesus, cum in forma Dei esset, *
non rapínam arbitrátus est
esse se æquálem Deo,

sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens †
in similitúdinem hóminum factus *
et hábitu invéntus ut homo.

Humiliávit semetípsum †
factus obœ́diens usque ad mortem, *
mortem autem crucis.

Propter quod et Deus exaltávit illum †
  et donávit illi nomen, *
  quod est super omne nomen,

ut in nómine Iesu omne genu flectátur *
  cæléstium, terréstrium et infernórum,

et omnis lingua confiteátur *
  quia Dóminus Iesus Christus
    in glória est Dei Patris.

Ant. 4 Iesus Nazarénus Rex Iudæórum, Imperátor cæli et Dóminus dominántium. 7.

LECTIO BREVIS Rom 11,33-36

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ et sciéntiæ Dei! † Quam incomprehensibília sunt iudícia eius, * et investigábiles viæ eius! † Quis enim cognóvit sensum Dómini, aut quis consiliárius eius fuit? * Aut quis prior dedit illi, et retribuétur ei? † Quóniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt ómnia; ipsi glória in sǽcula. Amen.

RESPONSORIUM BREVE

Quam magnifi- cáta sunt * Opera tu-a, Dómine. Quam. ℣. Omni- a in sapi- énti- a fecísti. * Opera.

Ant. ad Magnificat et oratio de dominica currente.

Ad Vigilias


VERSUS INVITATORIUS

Veníte adorémus Dóminum Deum nostrum: * Qui fecit nos.

HYMNUS

vij. T.

Primo di- é-rum ómni- um, * quo mun-





Pulsis procul torpóribus,
surgámus omnes ócius,
et nocte quærámus pium,
sicut Prophétam nóvimus,

Nostras preces ut áudiat
suámque dextram pórrigat,
et hic piátos sórdibus
reddat polórum sédibus,

Ut, quique sacratíssimo
huius diéi témpore
horis quiétis psállimus,
donis beátis múneret.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sæcula. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. 1 Lignum vitæ in cruce Dómini manifestátum est. j.

Psalmus 1

De duabus hominum viis

Beati qui, sperantes in crucem, in aquam descenderunt.
(Ex auctore quodam II sæculi)

Beátus vir, qui non ábiit in consílio impiórum, †
et in via peccatórum non stetit, *
et in convéntu derisórum non sedit;

sed in lege Dómini volúntas eius, *
et in lege eius meditátur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum
plantátum secus decúrsus aquárum, *
quod fructum suum dabit in témpore suo;

et fólium eius non défluet, *
et ómnia quæcúmque fáciet prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic, *
sed tamquam pulvis quem próicit ventus.

Ideo non consúrgent ímpii in iudício, *
neque peccatóres in concílio iustórum.

Quóniam novit Dóminus viam iustórum *
  et iter impiórum períbit.

Ant. 1 Lignum vitæ in cruce Dómini manifestátum est. j.

Ant. 2 Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præcéptum eius. iij.

Psalmus 2

Messias rex et victor

Convenerunt vere adversus puerum tuum Iesum, quem unxisti.
(Act 4,27)

Quare fremuérunt gentes, *
  et pópuli meditáti sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, †
  et príncipes convenérunt in unum *
  advérsus Dóminum et advérsus christum eius:

„Dirumpámus víncula eórum, *
  et proiciámus a nobis iugum ipsórum!“

Qui hábitat in cælis irridébit eos, *
  Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, *
  et in furóre suo conturbábit eos:

„Ego autem constítui regem meum *
super Sion, montem sanctum meum!“

Prædicábo decrétum eius: †
Dóminus dixit ad me: „Fílius meus es tu, *
ego hódie génui te.

Póstula a me, et dabo tibi gentes hereditátem tuam, *
et possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, *
et tamquam vas fíguli confrínges eos.“

Et nunc, reges, intellégite, *
erudímini, qui iudicátis terram.

Servíte Dómino in timóre, *
et exsultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, †
nequándo irascátur, et pereátis de via, *
cum exárserit in brevi ira eius.

Beáti omnes *
qui confídunt in eo.

Ant. 2 Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præcéptum eius. iij.

Ant. 3 Voce mea ad Dóminum clamávi, et exaudívit me de monte sancto suo. ij.

Psalmus 3

Dominus protector meus

Dormivit et somnum cepit et resurrexit, quoniam Dominus suscepit eum. (S. Irenæus)

Dómine, quid multiplicáti sunt
qui tríbulant me? *
Multi insúrgunt advérsum me,

multi dicunt ánimæ meæ: *
„Non est salus ipsi in Deo."

Tu autem, Dómine, protéctor meus es, *
glória mea et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi, *
et exaudívit me de monte sancto suo.

Ego obdormívi et soporátus sum, *
exsurréxi quia Dóminus suscépit me.

Non timébo mília pópuli circumdántis me. *
Exsúrge, Dómine, salvum me fac, Deus meus;

quóniam tu percussísti in maxíllam
omnes adversántes mihi, *
dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus, *
  et super pópulum tuum benedíctio tua.

Ant. 3 Voce mea ad Dóminum clamávi, et exaudívit me de monte sancto suo. ij.

℣ Verbum Christi hábitet in vobis abundánter.
℟ In omni sapiéntia commonéntes vosmetípsos.

Benedictio Benedictióne perpétua † benedícat nos Pater ætérnus. † ℟ Amen.

IN II NOCTURNO

Ant. 4 Confessiónem et decórem índuit, amíctus lúmine sicut vestiménto. vj.

Psalmus 103

Hymnus ad Dominum creatorem

Si qua in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova. (2 Cor 5,17)

I

Bénedic, ánima mea, Dómino: *
Dómine Deus meus,
  magnificátus es veheménter.

Confessiónem et decórem induísti, *
amíctus lúmine sicut vestiménto.

Exténdens cælum sicut velum; *
qui éxstruis in aquis cenácula tua.

Qui ponis nubem ascénsum tuum, *
qui ámbulas super pennas ventórum.

Qui facis ángelos tuos spíritus, *
et minístros tuos ignem uréntem.

Qui fundásti terram super stabilitátem suam, *
non inclinábitur in sǽculum sǽculi.

Abýssus sicut vestiméntum opéruit eam, *
super montes stabant aquæ.

Ab increpatióne tua fúgient, *
a voce tonítrui tui formidábunt.

Ascéndunt montes et descéndunt campi *
in locum quem statuísti eis.

Términum posuísti, quem non transgrediéntur, *
neque converténtur operíre terram.

Qui emíttis fontes in torréntes; *
inter médium móntium pertransíbunt,

potábunt omnes béstias agri, *
exstínguent ónagri sitim suam.

Super ea vólucres cæli habitábunt, *
de médio ramórum dabunt voces.

Ant. 4 Confessiónem et decórem índuit, amíctus lúmine sicut vestiménto. vj.

Ant. 5 Edúcas panem de terra, et vinum lætíficet cor hóminis. 7.

II

Rigas montes de cenáculis tuis, *
de fructu óperum tuórum sátias terram.

Prodúcis fenum iuméntis, *
et herbam serviéntibus hómini.

Edúcens panem de terra, *
et vinum quod lætíficat cor hóminis.

Exhílarans fáciem in óleo, *
panis autem cor hóminis confírmat.

Saturabúntur ligna Dómini, *
et cedri Líbani quas plantávit.

Illic pásseres nidificábunt, *
eródii domus in vértice eárum.

Montes excélsi cervis, *
petræ refúgium herináciis.

Fecit lunam ad témpora signánda, *
  sol cognóvit occásum suum.

Posuísti ténebras, et facta est nox: *
  in ipsa reptábunt omnes béstiæ silvæ,

cátuli leónum rugiéntes, ut rápiant *
  et quærant a Deo escam sibi.

Oritur sol, et congregántur, *
  et in cubílibus suis recúmbunt.

Exit homo ad opus suum, *
  et ad operatiónem suam usque ad vésperum.

Ant. 5 Edúcas panem de terra, et vinum lætíficet cor hóminis. 7.

Ant. 6 Dómine Deus meus, magnificátus es veheménter. viij.

III

Quam multiplicáta sunt ópera tua, Dómine: †
  ómnia in sapiéntia fecísti, *
  impléta est terra creatúra tua.

Hoc mare magnum et spatiósum et latum, †
  illic reptília quorum non est númerus, *
  animália pusílla cum magnis.

Illic naves pertransíbunt, *
Levíathan quem formásti ad ludéndum cum eo.

Omnia a te exspéctant, *
ut des illis escam in témpore suo.

Dante te illis, cólligent, *
aperiénte te manum tuam, implebúntur bonis.

Averténte autem te fáciem, turbabúntur, †
revocábis spíritum eórum, et defícient, *
et in púlverem suum reverténtur.

Emíttes spíritum tuum, et creabúntur, *
et renovábis fáciem terræ.

Sit glória Dómini in sæculum; *
lætétur Dóminus in opéribus suis.

Qui réspicit terram, et facit eam trémere, *
qui tangit montes, et fúmigant.

Cantábo Dómino in vita mea, *
psallam Deo meo quámdiu sum.

Iucúndum sit ei elóquium meum, *
ego vero delectábor in Dómino.

Defíciant peccatóres a terra, †
et iníqui ita ut non sint. *
Bénedic, ánima mea, Dómino.

Ant. 6 Dómine Deus meus, magnificátus es vehe-ménter. viij.

℣ Auscúlta, fili mi, sermónes meos.
℟ Et ad elóquia mea inclína aurem tuam.

Benedictio Unigénitus Dei Fílius † nos benedícere et adiuváre dignétur. † ℟ Amen.

IN III NOCTURNO

Ad Cantica, ant. Allelúia, allelúia, allelúia. viij.

Canticum I — Is 33,2-10

Oratio fiduciæ in miseria

In Christo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ abscon-diti. (Col 2,3)

Dómine, miserére nostri,
te enim exspectávimus; †
esto brácchium nostrum in mane *
et salus nostra in témpore tribulatiónis.

A voce fragóris fugérunt pópuli, *
ab exaltatióne tua dispérsæ sunt gentes.

Et congregabúntur spólia sicut collígitur bruchus, *
sicut discúrrunt locústæ, ad ea discúrritur.

Sublímis est Dóminus, quóniam hábitat in excélso; *
implet Sion iudício et iustítia.

Et erit fírmitas in tempóribus tuis; †
divítiæ salútis sapiéntia et sciéntia: *
timor Dómini ipse est thesáurus eius.

Ecce præcónes clamábunt foris, *
ángeli pacis amáre flebunt.

Dissipátæ sunt viæ, cessávit tránsiens per sémitam; †
írritum fecit pactum, *
reiécit testes, non reputávit hómines.

Luget et elanguéscit terra, *
confúsus est Líbanus et obsórduit,

et factus est Saron sicut desértum, *
et exaruérunt Basan et Carmélus.

Nunc consúrgam, dicit Dóminus, *
nunc exaltábor, nunc sublevábor.

Canticum II Is 33,13-16

Deus iudicabit in iustitia

Vobis est repromissio et filiis vestris et omnibus qui longe sunt. (Act 2,39)

Audíte, qui longe estis, quæ fécerim, *
et cognóscite, vicíni, fortitúdinem meam.

Contérriti sunt in Sion peccatóres, *
possédit tremor ímpios.

Quis póterit habitáre de vobis cum igne devoránte? *
Quis habitábit ex vobis cum ardóribus sempitérnis?

Qui ámbulat in iustítiis *
et lóquitur æquitátes,

qui réicit lucra ex rapínis *
et éxcutit manus suas ne múnera accípiat,

qui obtúrat aures suas ne áudiat sánguinem *
et claudit óculos suos ne vídeat malum,

iste in excélsis habitábit, *
muniménta saxórum refúgium eius;

panis ei datus est, *
aquæ eius fidéles sunt.

Canticum III — Sir 36,14-19

Oratio pro populo Dei

Hæc est vita æterna: ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti, Iesum Christum. (Io 17,3)

Miserére plebi tuæ,
super quam invocátum est nomen tuum, *
et Israel, quem coæquásti primogénito tuo.

Miserére civitáti sanctificatiónis tuæ, *
Ierúsalem, civitáti requiéi tuæ.

Reple Sion inenarrabílibus verbis tuis, *
et glória tua pópulum tuum.

Da testimónium his,
qui ab inítio creatúræ tuæ sunt, *
et súscita prædicatiónes, quas locúti sunt
in nómine tuo prophétæ prióres.

Da mercédem sustinéntibus te, *
ut prophétæ tui fidéles inveniántur;

et exáudi oratiónes servórum tuórum †
secúndum benedictiónem Aaron de pópulo tuo, *
et dírige nos in viam iustítiæ,


et sciant omnes, qui hábitant terram, *
quia tu es Deus conspéctor sæculórum.

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. viij.


Ad Laudes matutinas

HYMNUS


ij. T.



Æ- térne rerum cóndi-tor, * noctem



di- émque qui regis, et témporum das



témpora ut álleves fastí- di- um,

Præco diéi iam sonat,
noctis profúndæ pérvigil,
noctúrna lux viántibus
a nocte noctem ségregans.

Hoc excitátus lúcifer
solvit polum calígine;
hoc omnis errónum chorus
vias nocéndi déserit.

Hoc nauta vires cólligit
pontíque mitéscunt freta;
hoc, ipse Petr*a* Ecclésiæ,
canénte, culpam díluit.

Iesu, labántes réspice
et nos vidéndo córrige;
si réspicis, lapsus cadunt
fletúque culpa sólvitur.

Tu, lux, refúlge sénsibus
mentísque somnum díscute;
te nostra vox primum sonet
et vota solvámus tibi.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sæcula. Amen.

Ant. 1

8. T.

Mirábi- lis in altis Dóminus, allelú-

ia. E u o u a e.

Psalmus 92

Magnificentia Domini creatoris

Regnavit Dominus Deus noster omnipotens; gaudeamus et exsultemus et demus gloriam ei. (Ap 19,6.7)

Dóminus regnávit, decórem indútus est; *
indútus est Dóminus, fortitúdine præcínxit se.

Etenim firmávit orbem terræ
qui non commovébitur. *
Firmáta sedes tua ex tunc, a sǽculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine, †
elevavérunt flúmina vocem suam, *
elevavérunt flúmina fragórem suum.


Super voces aquárum multárum, †
super poténtes elatiónes maris, *
potens in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis; *
domum tuam decet sanctitúdo, Dómine,
in longitúdinem diérum.


Ant. 1 Mirábilis in altis Dóminus, allelúia. 8.

Ant. 2


vij. T.



A d te de luce vígi-lo, De- us, ut



víde- am virtútem tu-am, allelúia.



E u o u a e.

Psalmus 62

Anima Dominum sitiens

Ad Deum vigilat, qui opera noctis reicit. (S. Hilarius)

Deus, Deus meus es tu, *
ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, *
te desiderávit caro mea.

In terra desérta et árida et inaquósa, †
sic in sancto appárui tibi, *
ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas, *
lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea, *
et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea, *
et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.

Cum memor ero tui super stratum meum, *
in matutínis meditábor de te,

quia fuísti adiútor meus, *
et in velaménto alárum tuárum exsultábo.

Adhǽsit ánima mea post te, *
me suscépit déxtera tua.

*Ipsi vero in ruínam quæsiérunt ánimam meam, **
introíbunt in inferióra terræ,

*tradéntur in potestátem gládii, **
partes vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo †
*gloriabúntur omnes qui iurant in eo, **
quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Ant. 2 Ad te de luce vígilo, Deus, ut vídeam vírtutem tuam, allelúia. vij.

Ant. 3

1\. T.

Benedíctus es in firmaménto cæ- li, et laudábi- lis in sǽcula, alle- lúia.

E u o u a e.

Canticum Dan 3,57-88.56

Omnis creatura laudet Dominum

Laudem dicite Deo nostro, omnes servi eius. (Ap 19,5)

Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino; *
laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.

Benedícite, ángeli Dómini, Dómino; *
benedícite, cæli, Dómino.

Benedícite, aquæ omnes
quæ super cælos sunt, Dómino; *
benedícat omnis virtus Dómino.

Benedícite, sol et luna, Dómino; *
benedícite, stellæ cæli, Dómino.

Benedícite, omnis imber et ros, Dómino; *
benedícite, omnes venti, Dómino.

Benedícite, ignis et æstus, Dómino; *
benedícite, frigus et æstus, Dómino.

Benedícite, rores et pruína, Dómino; *
benedícite, gelu et frigus, Dómino.

Benedícite, glácies et nives, Dómino; *
benedícite, noctes et dies, Dómino.

Benedícite, lux et ténebræ, Dómino; *
benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.

Benedícat terra Dóminum; *
laudet et superexáltet eum in sǽcula.

Benedícite, montes et colles, Dómino; *
benedícite, univérsa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino; *
benedícite, mária et flúmina, Dómino.

Benedícite, cete et ómnia
quæ movéntur in aquis, Dómino; *
benedícite, omnes vólucres cæli, Dómino.

Benedícite, omnes béstiæ et pécora, Dómino; *
benedícite, fílii hóminum, Dómino.

Benedícat Israel Dómino; *
laudet et superexáltet eum in sǽcula.

Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino; *
benedícite, servi Dómini, Dómino.

Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, Dómino; *
benedícite, sancti et húmiles corde, Dómino.

Benedícite, Ananía, Azaría, Mísael, Dómino; *
laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu; *
laudémus et superexaltémus eum in sǽcula.


Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli; *
et laudábilis et gloriósus
et superexaltátus in sǽcula.

Ant. 3 Benedíctus es in firmaménto cæli, et laudábilis in sǽcula, allelúia. 1.

Ant. 4

viij. T.

L audáte Dóminum secúndum multi- tú-



Psalmus 150

Laudate Dominum

Psallite spiritu, psallite et mente, hoc est: glorificate Deum et anima et corpore vestro. (Hesychius)

Laudáte Dóminum in sanctuário eius, *
laudáte eum in firmaménto virtútis eius.

Laudáte eum in magnálibus eius, *
laudáte eum secúndum multitúdinem
magnitúdinis eius.

Laudáte eum in sono tubæ, *
laudáte eum in psaltério et cíthara,

laudáte eum in týmpano et choro, *
laudáte eum in chordis et órgano,

laudáte eum in cýmbalis benesonántibus, †
laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: *
omne quod spirat, laudet Dóminum. 

Ant. 4 Laudáte Dóminum secúndum multitúdinem magnitúdinis eius, allelúia. viij.

LECTIO BREVIS Ap 7,10.12

Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, et Agno. † Benedíctio et cláritas et sapiéntia et gratiárum áctio, honor, virtus et fortitúdo Deo nostro * in sǽcula sæculórum. Amen.

RESPONSORIUM BREVE


Christe, Fili De-i vivi, * Miseré- re nobis. Christe. ℣. Qui sedes ad déxteram Patris. * Miseré- re nobis.

Ant. ad Benedictus et oratio de dominica currente.


Ad Tertiam

Ant.

ij. T.



A lle- lúia, allelúia, alle- lúia,



allelúia. E u o u a e.

Psalmus 119

Desiderium pacis

In tribulatione patientes, oratione instantes. (Rom 12,12)

Ad Dóminum cum tribulárer clamávi, *
et exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam meam a lábiis mendácii, *
a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, *
lingua dolósa?

Sagíttæ poténtis acútæ *
cum carbónibus iuniperórum.

Heu mihi, quia peregrinátus sum in Mosoch; *
habitávi ad tabernácula Cedar;

multum íncola fuit ánima mea *
  cum his qui odérunt pacem.

Ego eram pacíficus; *
  cum loquébar, illi impugnábant me.

Psalmus 120

Custos populi

Non esurient neque sitient amplius, nec cadet super illos sol neque ullus æstus. (Ap 7,16)

Levábo óculos meos in montes: *
  unde véniet auxílium mihi?

Auxílium meum a Dómino, *
  qui fecit cælum et terram.

Non dabit in commotiónem pedem tuum, *
  neque dormitábit qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet *
  qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, †
  Dóminus umbráculum tuum, *
  ad manum déxteram tuam.

Per diem sol non percútiet te, *
  neque luna per noctem.

Dóminus custódiet te ab omni malo; *
custódiet ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiet intróitum tuum et éxitum tuum, *
ex hoc nunc et usque in sǽculum.

Psalmus 121

Civitas sancta Ierusalem

Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis, Ierusalem cælestem. (Hebr 12,22)

Lætátus sum in eo quod dixérunt mihi: *
„In domum Dómini íbimus."

Stantes iam sunt pedes nostri *
in portis tuis, Ierúsalem.

Ierúsalem, quæ ædificáta est ut cívitas *
sibi compácta in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini, *
testimónium Israel,
ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes ad iudícium, *
sedes domus David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Ierúsalem, *
secúri sint diligéntes te.

Fiat pax in muris tuis, *
 et secúritas in túrribus tuis.

Propter fratres meos et próximos meos *
 loquar: „Pax in te!“

Propter domum Dómini Dei nostri *
 exquíram bona tibi.

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. ij.

LECTIO BREVIS 1 Io 4,16


Nos cognóvimus et credídimus caritáti, quam habet Deus in nobis. * Deus cáritas est, et qui manet in caritáte in Deo manet et Deus in eo.

℣ Inclína cor meum, Deus, in testimónia tua.
℟ In via tua vivífica me.


Ad Sextam

Ant.

viij. T.



Allelúia, alle- lúia, allelúia.



E u o u a e.

Psalmus 117

Vox iubilationis et salutis

Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli. (Act 4,11)

I

Confitémini Dómino, quóniam bonus, *
quóniam in sǽculum misericórdia eius.

Dicat nunc Israel, quóniam bonus, *
quóniam in sǽculum misericórdia eius.

Dicat nunc domus Aaron, *
quóniam in sǽculum misericórdia eius.

Dicant nunc qui timent Dóminum, *
quóniam in sǽculum misericórdia eius.

De tribulatióne invocávi Dóminum, *
et exaudívit me edúcens in latitúdinem Dóminus.

Dóminus mecum, *
non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mecum adiútor meus, *
et ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confúgere ad Dóminum, *
quam confídere in hómine.

Bonum est confúgere ad Dóminum, *
quam confídere in princípibus.

II

Omnes gentes circuiérunt me, *
et in nómine Dómini excídi eos.

Circumdántes circumdedérunt me, *
et in nómine Dómini excídi eos.

Circumdedérunt me sicut apes, †
et exarsérunt sicut ignis in spinis, *
et in nómine Dómini excídi eos.

Impelléntes impulérunt me, ut cáderem, *
et Dóminus adiúvit me.

Fortitúdo mea et laus mea Dóminus, *
et factus est mihi in salútem.

Vox iubilatiónis et salútis *
  in tabernáculis iustórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem, †
  déxtera Dómini exaltávit me; *
  déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam, *
  et narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus, *
  et morti non trádidit me.

III

Aperíte mihi portas iustítiæ, *
  ingréssus in eas confitébor Dómino;

hæc porta Dómini, *
  iusti intrábunt in eam.

Confitébor tibi, quóniam exaudísti me, *
  et factus es mihi in salútem.

Lápidem quem reprobavérunt ædificántes, *
  hic factus est in caput ánguli;

a Dómino factum est istud, *
  et est mirábile in óculis nostris.

Hæc est dies quam fecit Dóminus: *
  exsultémus et lætémur in ea.

O Dómine, salvum me fac; *
o Dómine, da prosperitátem.

Benedíctus qui venit in nómine Dómini. *
Benedícimus vobis de domo Dómini.

Deus Dóminus et illúxit nobis. *
Instrúite sollemnitátem in ramis condénsis,
usque ad córnua altáris.

Deus meus es tu, et confitébor tibi, *
Deus meus, et exaltábo te.

Confitémini Dómino, quóniam bonus, *
quóniam in sǽculum misericórdia eius.

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. viij.

LECTIO BREVIS Gal 6,8

Quæ semináverit homo, hæc et metet. † Quóniam qui séminat in carne sua, de carne et metet corruptiónem; * qui autem séminat in spíritu, de spíritu metet vitam ætérnam.

℣ In ætérnum, Dómine, verbum tuum.
℟ In generatiónem et generatiónem véritas tua.

Ad Nonam

Ant.

viij. T.

A lle- lúia, allelúia, allelúia, allelú-

ia. E u o u a e.

Psalmus 122

Dominus fiducia populi

Duo cæci clamaverunt: „Domine, miserere nostri, Fili David!" (Mt 20,30)

Ad te levávi óculos meos, *
qui hábitas in cælis.

Ecce sicut óculi servórum
ad manus dominórum suórum, *
sicut óculi ancíllæ ad manus dóminæ suæ,

ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, *
donec misereátur nostri.

Miserére nostri, Dómine, miserére nostri, *
quia multum repléti sumus despectióne;

quia multum repléta est ánima nostra *
derisióne abundántium
et despectióne superbórum.

Psalmus 123

Adiutorium nostrum in nomine Domini

Dixit Dominus Paulo: „Noli timere... propter quod ego sum tecum!“ (Act 18,9-10)

Nisi quia Dóminus erat in nobis,
dicat nunc Israel, †
nisi quia Dóminus erat in nobis, *
cum exsúrgerent hómines in nos.

Forte vivos deglutíssent nos, *
cum irascerétur furor eórum in nos.

Fórsitan aqua absorbuísset nos, †
torrens pertransísset ánimam nostram, *
fórsitan pertransíssent ánimam nostram
aquæ intumescéntes.

Benedíctus Dóminus, *
qui non dedit nos in direptiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erépta est *
de láqueo venántium:

láqueus contrítus est, *
 et nos erépti sumus.

Adiutórium nostrum in nómine Dómini, *
 qui fecit cælum et terram.

Psalmus 124

Dominus custos populi sui

Pax super Israel Dei. (Gal 6,16)

Qui confídunt in Dómino, sicut mons Sion: *
 non commovébitur, in ætérnum manet.

Ierúsalem, montes in circúitu eius, †
 et Dóminus in circúitu pópuli sui, *
 ex hoc nunc et usque in sǽculum.

Quia non requiéscet virga iniquitátis
 super sortem iustórum, *
 ut non exténdant iusti ad iniquitátem manus suas.

Bénefac, Dómine, bonis *
 et rectis corde.

Declinántes autem per vias pravas †
 addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem. *
 Pax super Israel.

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. viij.

LECTIO BREVIS Gal 6,9-10

Bonum faciéntes non deficiámus; † témpore enim suo metémus, non deficiéntes. * Ergo dum tempus habémus, operémur bonum ad omnes, † máxime autem ad domésticos fídei.

℣ Clamávi in toto corde meo, exáudi me, Dómine.
℟ Iustificatiónes tuas servábo.

Ad II Vesperas

HYMNUS

viij. T.

Lucis Cre- átor óptime, * lucem di- é- rum pró- ferens, primórdi- is lucis novæ, mundi parans orí- ginem.

Qui mane iunctum vésperi
diem vocári prǽcipis:
tætrum chaos illábitur;
audi preces cum flétibus.

Ne mens graváta crímine
vitæ sit exsul múnere,
dum nil perénne cógitat
seséque culpis ílligat.

Cælórum pulset íntimum,
vitále tollat prǽmium;
vitémus omne nóxium,
purgémus omne péssimum.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

Ant. 1

7. T.

Dixit Dóminus Dómino me- o: Sede a dextris me-is. E u o u a e.

Psalmus 109

Messias rex et sacerdos

Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. (1 Cor 15,25)

Dixit Dóminus Dómino meo: *
„Sede a dextris meis,

donec ponam inimícos tuos *
scabéllum pedum tuórum.“

Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dóminus ex Sion: *
domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum principátus in die virtútis tuæ, †
in splendóribus sanctis, *
ex útero matutíni velut rorem génui te.

Iurávit Dóminus et non pænitébit eum: *
„Tu es sacérdos in ætérnum
secúndum órdinem Melchísedech.“

Dóminus a dextris tuis, *
conquassábit in die iræ suæ reges.

Iudicábit in natiónibus: †
*cumulántur cadávera, **
conquassábit cápita in terra spatiósa.

De torrénte in via bibet, *
propterea exaltábit caput.

Ant. 1 Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis. 7.

Ant. 2

iv. T.

Fidéli- a ómni- a mandáta eius:

confirmá- ta in sǽculum sǽculi.

E u o u a e.

Psalmus 110

Magna opera Domini

Magna et mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens.
(Ap 15,3)

Confitébor Dómino in toto corde meo, *
in consílio iustórum et congregatióne.

Magna ópera Dómini, *
exquirénda ómnibus qui cúpiunt ea.

Decor et magnificéntia opus eius, *
et iustítia eius manet in sǽculum sǽculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, *
miséricors et miserátor Dóminus.

Escam dedit timéntibus se; *
memor erit in sǽculum testaménti sui.

Virtútem óperum suórum annuntiávit pópulo suo, †
ut det illis hereditátem géntium; *
ópera mánuum eius véritas et iudícium.

Fidélia ómnia mandáta eius, †
confirmáta in sǽculum sǽculi, *
facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo, *
mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen eius; *
inítium sapiéntiæ timor Dómini,

intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum; *
laudátio eius manet in sǽculum sǽculi.

Ant. 2 Fidélia ómnia mandata eius: confirmáta in sǽculum sǽculi. iv.

Ant. 3

7. T.

Sit nomen Dómi-ni benedíctum in sǽcula. E u o u a e.

Psalmus 112

Laudabile nomen Domini

Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles. (Lc 1,52)

Laudáte, púeri Dómini, *
laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum *
ex hoc nunc et usque in sǽculum.

A solis ortu usque ad occásum *
laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, *
super cælos glória eius.

Quis sicut Dóminus Deus noster,
qui in altis hábitat, *
et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans de terra ínopem, *
de stércore érigens páuperem,

ut cóllocet eum cum princípibus, *
cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, *
matrem filiórum lætántem.

Ant. 3 Sit nomen Dómini benedíctum in sǽcula. 7.

Ant. 4

v. T.

Fecit nos De- o et Patri suo re- gnum, primogéni- tus mortu- órum, et Prin- ceps regum terræ, allelúia. E u o u a e.

Canticum cf. Ap 19,1-7

De nuptiis Agni

Allelúia.

Salus, et glória, et virtus Deo nostro est: *
quia vera et iusta iudícia sunt eius.

Allelúia.

Laudem dícite Deo nostro, omnes servi eius, *
et qui timétis eum, pusílli et magni.

Allelúia.

Quóniam regnávit Dóminus
Deus noster omnípotens, *
gaudeámus et exsultémus et demus glóriam ei.

Allelúia.

Quia venérunt núptiæ Agni, *
et uxor eius præparávit se.

Ant. 4 Fecit nos Deo et Patri suo regnum, primogénitus mortuórum, et princeps regum terræ, allelúia. v.

Vel Tempore Quadragesimæ

Canticum **1 Petr 2,21-24**

Christus passus est pro nobis, †
vobis relínquens exémplum, *
ut sequámini vestígia eius;

qui peccátum non fecit, *
nec invéntus est dolus in ore eius;

qui cum maledicerétur, non maledicébat, †
cum paterétur, non comminabátur, *
tradébat autem iudicánti se iniúste;

qui peccáta nostra ipse pértulit *
in córpore suo super lignum,

ut, peccátis mórtui, iustítiæ vivámus: *
cuius livóre sanáti estis.

LECTIO BREVIS 2 Cor 1,3-4

Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, Pater misericordiárum et Deus totíus consolatiónis, † qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra, * ut possímus et ipsi consolári eos, qui in omni pressúra sunt, per exhortatiónem qua exhortámur et ipsi a Deo.

RESPONSORIUM BREVE

B enedíctus es, Dómine, * In firma- ménto cæli. Benedíctus. ℣. Et laudábi- lis et glori- ósus. * In.

Ant. ad Magnificat et oratio de dominica currente.

FERIA II HEBDOMADÆ I

Ad Vigilias

VERSUS INVITATORIUS


Iubilémus Deo * Salutári nostro.

HYMNUS

ij. T.



S omno reféctis ártubus, * spreto cu-



bíli, súrgimus: nobis, Pater, canéntibus ad-



ésse te depóscimus.

Te lingua primum cóncinat,
te mentis ardor ámbiat,
ut áctuum sequéntium
tu, sancte, sis exórdium.

Cedant tenébræ lúmini
et nox diúrno síderi,
ut culpa, quam nox íntulit,
lucis labáscat múnere.

Precámur i*i*dem súpplices
noxas ut omnes ámputes,
et ore te canéntium
laudéris in perpétuum.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. 1 Convértere, Dómine, et éripe ánimam meam, quóniam non est in morte, qui memor sit tui. viij.

Psalmus 9

Gratiarum actio

Iterum venturus est iudicare vivos et mortuos.

(Symbolum Nicænoconstantinopolitanum)

I

Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo; *
narrábo ómnia mirabília tua.

Lætábor et exsultábo in te, *
psallam nómini tuo, Altíssime.

Cum convertúntur inimíci mei retrórsum, *
infirmántur et péreunt a fácie tua.

Quóniam fecísti iudícium meum et causam meam, *
sedísti super thronum, qui iúdicas iustítiam.

Increpásti gentes, perdidísti ímpium; *
nomen eórum delésti in ætérnum
et in sǽculum sǽculi.

Inimíci defecérunt; †
solitúdines sempitérnæ factæ sunt civitátes
quas destruxísti: *
périit memória eórum cum ipsis.

Dóminus autem in ætérnum sedébit, *
parávit in iudícium thronum suum,

et ipse iudicábit orbem terræ in iustítia, *
iudicábit pópulos in æquitáte.

Et erit Dóminus refúgium opprésso, *
refúgium in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et sperent in te qui novérunt nomen tuum, *
quóniam non dereliquísti quæréntes te, Dómine.

Psállite Dómino, qui hábitat in Sion; *
annuntiáte inter gentes stúdia eius.

Quóniam requírens sánguinem
recordátus est eórum, *
non est oblítus clamórem páuperum.

Ant. 1 Convértere, Dómine, et éripe ánimam meam, quóniam non est in morte, qui memor sit tui. viij.

Ant. 2 Exsúrge, Dómine, non præváleat homo. 1.

II

Miserére mei, Dómine; †
vide afflictiónem meam de inimícis meis, *
qui exáltas me de portis mortis,

ut annúntiem omnes laudatiónes tuas
in portis fíliæ Sion, *
exsúltem in salutári tuo.

Infíxæ sunt gentes in fóvea quam fecérunt; †
in láqueo isto quem abscondérunt *
comprehénsus est pes eórum.

Manifestávit se Dóminus iudícium fáciens, *
in opéribus mánuum suárum
comprehénsus est peccátor.

Converténtur peccatóres in inférnum, *
omnes gentes quæ obliviscúntur Deum.

Quóniam non in finem oblívio erit páuperis; *
exspectátio páuperum non períbit in ætérnum.

Exsúrge, Dómine, non confortétur homo; *
iudicéntur gentes in conspéctu tuo.

Constítue, Dómine, terrórem super eos, *
sciant gentes quóniam hómines sunt.

Ant. 2 Exsúrge, Dómine, non præváleat homo. 1.

Ant. 3 Iudicásti, Dómine, causam ánimæ meæ, – deféndsor vitæ meæ, Dómine, Deus meus. vij.

III

Ut quid, Dómine, stas a longe, *
abscóndis te in opportunitátibus,
in tribulatióne?

Dum supérbit ímpius, inséquitur páuperem: *
comprehendántur in consíliis quæ cógitant.

Quóniam gloriátur peccátor
in desidériis ánimæ suæ: *
et avárus sibi benedícit.

Spernit Dóminum peccátor in arrogántia sua: *
„Non requíret, non est Deus.“

Hæ sunt omnes cogitatiónes eius; *
prosperántur viæ illíus in omni témpore.

Excélsa nimis iudícia tua a fácie eius: *
omnes inimícos suos aspernátur.

Dixit enim in corde suo: „Non movébor, *
in generatiónem et generatiónem ero sine malo.“

Cuius maledictióne os plenum est
et frauduléntia et dolo: *
sub lingua eius labor et nequítia.

Sedet in insídiis ad vicos, *
in occúltis intérficit innocéntem.

Oculi eius in páuperem respíciunt: *
insidiátur in abscóndito, quasi leo in spelúnca sua.

Insidiátur, ut rápiat páuperem: *
rapit páuperem, dum áttrahit in láqueum suum.

Irruit et inclínat se, et míseri cadunt *
in fortitúdine bracchiórum eius.

Dixit enim in corde suo: „Oblítus est Deus, *
avértit fáciem suam, non vidébit in finem.“

Exsúrge, Dómine Deus, exálta manum tuam, *
ne obliviscáris páuperum.

Propter quid spernit ímpius Deum? *
Dixit enim in corde suo: „Non requíres.“

Vidísti: †
tu labórem et dolórem consíderas, *
ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelíctus est pauper, *
órphano tu factus es adiútor.

Cóntere brácchium peccatóris et malígni: *
quæres peccátum illíus, et non invénies.

Dóminus rex in ætérnum et in sæculum sæculi: *
periérunt gentes de terra illíus.

Desidérium páuperum exaudísti, Dómine: *
confirmábis cor eórum, inténdes aurem tuam,

iudicáre pupíllo et húmili, *
ut non appónat ultra indúcere timórem
homo de terra.

Ant. 3 Iudicásti, Dómine, causam ánimæ meæ, – defénsor vitæ meæ, Dómine, Deus meus. vij.

℣ Da mihi intelléctum, et servábo legem tuam.
℟ Et custódiam illam in toto corde meo.

Benedictio Deus misereátur nostri † et benedícat nobis. † ℟ Amen.

IN II NOCTURNO

Ant. 4 Iustus Dóminus, et iustítias diléxit, – æquitátem vidit vultus eius. 3.

Psalmus 10

Dominus fiducia iusti

Beati, qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. (Mt 5,6)

In Dómino confído, quómodo dícitis ánimæ meæ: *
„Tránsmigra in montem sicut passer?"

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, †
paravérunt sagíttas suas super nervum, *
ut sagíttent in obscúro rectos corde.

Quando fundaménta evertúntur, *
iustus quid fáciat?

Dóminus in templo sancto suo, *
Dóminus, in cælo sedes eius.

Oculi eius in páuperem respíciunt, *
pálpebræ eius intérrogant fílios hóminum.

Dóminus intérrogat iustum et ímpium, *
qui autem díligit iniquitátem, odit ánima eius.

Pluet super peccatóres carbónes, *
ignis et sulphur et spíritus procellárum
pars cálicis eórum.

Quóniam iustus Dóminus et iustítias diléxit, *
recti vidébunt vultum eius.

Ant. 4 Iustus Dóminus, et iustítias diléxit, – æquitátem vidit vultus eius. 3.

Ant. 5 Avértit Dóminus captivitátem plebis suæ. viij.

Psalmus 13

Impiorum stultitia

Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia. (Rom 5,20)

Dixit insípiens in corde suo: „Non est Deus." †
Corrúpti sunt et abominatiónes operáti sunt: *
non est qui fáciat bonum.

Dóminus de cælo prospéxit super fílios hóminum, *
ut vídeat si est intéllegens aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul corrúpti sunt; *
non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Nonne scient omnes qui operántur iniquitátem, *
qui dévorant plebem meam sicut escam panis?

Dóminum non invocavérunt, †
illic trepidavérunt timóre, *
quóniam Deus cum generatióne iusta est.

Vos consílium ínopis confundétis, *
Dóminus autem spes eius est.

Quis dabit ex Sion salutáre Israel? †
Cum convérterit Dóminus
captivitátem plebis suæ, *
exsultábit Iacob et lætábitur Israel.

Ant. 5 Avértit Dóminus captivitátem plebis suæ. viij.

Ant. 6 Deus deórum Dóminus locútus est. 8.

Psalmus 49

Vera in Dominum pietas

Non veni solvere legem, sed adimplere. (cf. Mt 5,17)

Deus deórum Dóminus locútus est, *
et vocávit terram a solis ortu
usque ad occásum.

Ex Sion speciósa decóre Deus illúxit, *
 Deus noster véniet et non silébit:

Ignis consúmens est in conspéctu eius, *
 et in circúitu eius tempéstas válida.

Advocábit cælum desúrsum, *
 et terram, discérnere pópulum suum:

„Congregáte mihi sanctos meos, *
 qui disposuérunt testaméntum meum
  in sacrifício.“

Et annuntiábunt cæli iustítiam eius, *
 quóniam Deus iudex est.

„Audi, pópulus meus, et loquar; †
 Israel, et testificábor advérsum te: *
 Deus, Deus tuus ego sum.

Non in sacrifíciis tuis árguam te; *
 holocáusta enim tua in conspéctu meo sunt semper.

Non accípiam de domo tua vítulos, *
 neque de grégibus tuis hircos.

Quóniam meæ sunt omnes feræ silvárum, *
 iumentórum mille in móntibus.

Cognóvi ómnia volatília cæli, *
 et quod movétur in agro meum est.

Si esuríero non dicam tibi; *
meus est enim orbis terræ et plenitúdo eius.

Numquid manducábo carnes taurórum, *
aut sánguinem hircórum potábo?

Immola Deo sacrifícium laudis, *
et redde Altíssimo vota tua;

et ínvoca me in die tribulatiónis: *
éruam te, et honorificábis me.“

Peccatóri autem dixit Deus: †
„Quare tu enárras præcépta mea, *
et assúmis testaméntum meum in os tuum?

Tu vero odísti disciplínam, *
et proiecísti sermónes meos retrórsum.

Si vidébas furem, currébas cum eo; *
et cum adúlteris erat pórtio tua.

Os tuum dimittébas ad malítiam, *
et lingua tua concinnábat dolos.

Sedens advérsus fratrem tuum loquebáris, *
et advérsus fílium matris tuæ
proferébas oppróbrium.

Hæc fecísti, et tácui. †
Existimásti quod eram tui símilis: *
árguam te, et státuam illa contra fáciem tuam.

Intellégite hæc qui obliviscímini Deum; *
nequándo rápiam, et non sit qui erípiat.

Qui immolábit sacrifícium laudis, honorificábit me, †
et qui immaculátus est in via, *
osténdam illi salutáre Dei.“

Ant. 6 Deus deórum Dóminus locútus est. 8.

℣ Audi, pópule meus, et loquar.
℟ Deus, Deus tuus ego sum.

Benedictio Splendor lucis ætérnæ † illúminet nos sine fine. † ℟ Amen.

Ad Laudes matutinas

HYMNUS


ij. T.



S plendor patérnæ glóri- æ, * de luce



lucem próferens, lux lucis et fons lúmi-



Verúsque sol, illábere
micans nitóre pérpeti,
iubárque Sancti Spíritus
infúnde nostris sénsibus.

Votis vocémus et Patrem,
Patrem perénnis glóriæ,
Patrem poténtis grátiæ,
culpam reléget lúbricam.

Infórmet actus strénuos,
dentem retúndat ínvidi,
casus secúndet ásperos,
donet geréndi grátiam.

Mentem gubérnet et regat
casto, fidéli córpore;
fides calóre férveat,
fraudis venéna nésciat.

Christúsque nobis sit cibus,
potúsque noster sit fides;
læti bibámus sóbriam
ebrietátem Spíritus.

Lætus dies hic tránseat;
pudor sit ut dilúculum,
fides velut merídies,
crepúsculum mens nésciat.

Auróra cursus próvehit;
Auróra totus pródeat,
in Patre totus Fílius
et totus in Verbo Pater. Amen.

Ant. 1

viij. T.

Dóminus regnávit, exsúltet terra,
læténtur ínsulæ multæ. E u o u a e.

Psalmus 96

Gloria Domini in iudicio

Hic psalmus salutem mundi significat et fidem omnium gentium in ipsum. (S. Athanasius)

Dóminus regnávit, exsúltet terra, *
læténtur ínsulæ multæ.

Nubes et calígo in circúitu eius, *
iustítia et iudícium firmaméntum sedis eius.

Ignis ante ipsum præcédet, *
et inflammábit in circúitu inimícos eius.

Illustrárunt fúlgura eius orbem terræ: *
vidit et contrémuit terra.

Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dómini, *
a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli iustítiam eius, *
et vidérunt omnes pópuli glóriam eius.

Confundántur omnes qui adórant sculptília, †
et qui gloriántur in simulácris suis. *
Adórent eum omnes ángeli eius.

Audívit et lætáta est Sion, †
et exsultavérunt fíliæ Iudæ *
propter iudícia tua, Dómine.

Quóniam tu Dóminus,
altíssimus super omnem terram, *
nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum; †
custódit ipse ánimas sanctórum suórum, *
de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est iusto, *
et rectis corde lætítia.

Lætámini, iusti, in Dómino, *
et confitémini memóriæ sanctitátis eius.

Ant. 1 Dóminus regnávit, exsúltet terra, læténtur ínsulæ multæ. viij.

Ant. 2

viij. T.

I ntéllege clamórem me- um, Dómi-



ne. E u o u a e.

Psalmus 5

Oratio matutina ad implorandum auxilium

Verbo inhabitante, æternaliter exsultabunt qui eum intra se receperunt.

Verba mea áuribus pércipe, Dómine; *
intéllege gémitum meum.

Inténde voci clamóris mei, *
  rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo, Dómine, †
  mane exáudies vocem meam; *
  mane astábo tibi, et exspectábo.

Quóniam non Deus volens iniquitátem tu es; †
  neque habitábit iuxta te malígnus, *
  neque permanébunt iniústi ante óculos tuos.

Odísti omnes qui operántur iniquitátem, †
  perdes omnes qui loquúntur mendácium; *
  virum sánguinum et dolósum
    abominábitur Dóminus.

Ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ †
  introíbo in domum tuam; *
  adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in iustítia tua
    propter inimícos meos, *
  dírige in conspéctu meo viam tuam.

Quóniam non est in ore eórum véritas, *
  cor eórum fóvea;

sepúlcrum patens est guttur eórum, *
  mólliunt linguas suas.

Iúdica illos, Deus, décidant a cogitatiónibus suis, †
secúndum multitúdinem impietátum eórum
*expélle eos, **
quóniam irritavérunt te, Dómine.

Et omnes qui sperant in te, lætént ur, *
in ætérnum exsúltent.

Obumbrábis eis et gloriabúntur in te *
qui díligunt nomen tuum;


quóniam tu benedíces iusto, Dómine; *
quasi scuto, bona voluntáte coronábis eum.

Ant. 2 Intéllige clamórem meum, Dómine. viij.

Ant. 3

j. T.

Laudámus nomen tu- um íncli-tum,



De-us noster. E u o u a e.

Canticum 1 Chr 29,10-13

Soli Deo honor et gloria

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi. (Eph 1,3)

Benedíctus es, Dómine Deus Israel patris nostri, *
ab ætérno in ætérnum.

Tua est, Dómine, magnificéntia et poténtia, *
glória, splendor atque maiéstas.

Cuncta enim, quæ in cælo sunt et in terra,
tua sunt, tuum Dómine, regnum, *
et tu eleváris ut caput super ómnia.

De te sunt divítiæ et glória, *
tu domináris ómnium.

In manu tua virtus et poténtia, *
in manu tua est magnificáre et firmáre ómnia.

Nunc ígitur, Deus noster, confitémur tibi *
et laudámus nomen tuum ínclitum.

Ant. 3 Laudámus nomen tuum ínclitum, Deus noster. j.

Ant. 4

viij. T.

Adoráte Dóminum in aula sancta eius. E u o u a e.

Psalmus 28

Verbi Domini præconium

Ecce vox de cœlis dicens: „Hic est Filius meus dilectus!“
(Mt 3,17)

Afférte Dómino, fílii Dei, *
afférte Dómino glóriam et poténtiam,

afférte Dómino glóriam nóminis eius, *
adoráte Dóminum in splendóre sancto.

Vox Dómini super aquas, †
Deus maiestátis intónuit: *
Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte, *
vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros; *
et confrínget Dóminus cedros Líbani.

Et saltáre fáciet, tamquam vítulum, Líbanum, *
et Sárion quemádmodum fílium unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis, †
vox Dómini concutiéntis desértum, *
et concútiet Dóminus desértum Cades.

Vox Dómini properántis partum cervárum, †
et denudábit condénsa, *
et in templo eius omnes dicent glóriam.

Dóminus super dilúvium hábitat, *
  et sedébit Dóminus rex in ætérnum.

Dóminus virtútem pópulo suo dabit, *
  Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

Ant. 4 Adoráte Dóminum in aula sancta eius. viij.

LECTIO BREVIS 2 Th 3,10b-13

Si quis non vult operári, nec mandúcet. † Audívimus enim inter vos quosdam ambuláre inquiéte, nihil operántes sed curióse agéntes. * Iis autem qui eiúsmodi sunt denuntiámus et obsecrámus in Dómino Iesu Christo, † ut cum siléntio operántes, suum panem mandúcent. * Vos autem, fratres, nolíte defícere benefaciéntes.


RESPONSORIUM BREVE

Benedíctus Dóminus * A sǽculo et usque in sǽculum. Benedíctus. ℣. Qui facit mirabí- li- a solus. * A sǽculo.

Ad Benedictus, ant.

vj. T.

Benedíctus Dómi-nus De-us noster.



E u o u a e.

Oratio


Actiónes nostras, quǽsumus, Dómine, aspirándo prǽveni et adiuvándo proséquere, * ut cuncta nostra operátio a te semper incípiat, † et per te cœpta finiátur. Per Dóminum.

Ad Tertiam

Ant.

1. T.

Clamá-vi, et exaudívit me.



E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 77.

LECTIO BREVIS Rom 13,8.10

Némini quidquam debeátis, nisi ut ínvicem diligátis; † qui enim díligit próximum, legem implévit. * Diléctio próximi malum non operátur. Plenitúdo ergo legis est diléctio.

℣ Adiútor meus esto, ne me reícias.
℟ Neque derelínquas me, Deus salútis meæ.

Oratio

Deus, Pater óptime, qui labórem homínibus ita dedísti, ut mútua semper arte ad altióra profícerent, † præsta, quǽsumus, * sic nos iúgiter operári, † ut filiórum in te spíritu et fratérna in omnes caritáte vivámus. Per Christum.

Ad Sextam

Ant.

iv. T.

Meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper. E u o u a e.

Psalmus 18 B

Laus Deo, legis Domino

Estote vos perfecti, sicut et Pater vester cælestis perfectus est.
(Mt 5,48)

Lex Dómini immaculáta, refíciens ánimam, *
testimónium Dómini fidéle,
sapiéntiam præstans párvulis.

Iustítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda, *
præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini mundus,
pérmanens in sæculum sæculi, *
iudícia Dómini vera, iusta ómnia simul,

desiderabília super aurum
et lápidem pretiósum multum, *
et dulcióra super mel et favum stillántem.

Etenim servus tuus erudítur in eis, *
in custodiéndis illis retribútio multa.

Erróres quis intéllegit? †
Ab occúltis munda me, *
et a supérbia custódi servum tuum,
ne dominétur mei.

Tunc immaculátus ero, *
et emundábor a delícto máximo.

Sint, ut compláceant elóquia oris mei, *
et meditátio cordis mei in conspéctu tuo.

Dómine, adiútor meus *
et redémptor meus.

Psalmus 16

Ab impiis salva me, Domine

In diebus carnis suæ... preces offerens exauditus est. (Hebr 5,7)

I

Exáudi, Dómine, iustítiam meam, *
inténde deprecatiónem meam.

Auribus pércipe oratiónem meam, *
non in lábiis dolósis.

De vultu tuo iudícium meum pródeat; *
óculi tui vídeant æquitátes.

Proba cor meum, et vísita nocte; †
igne me exámina, *
et non invénies in me iniquitátem.

Non transgréditur os meum ad ópera hóminum, *
propter verba labiórum tuórum
custodívi me a viis violénti.

Rétine gressus meos in sémitis tuis, *
ut non moveántur vestígia mea.

Ego ad te clamávi quóniam exáudis me, Deus; *
inclína aurem tuam mihi, et exáudi verba mea.

Miríﬁca misericórdias tuas, *
qui salvos facis sperántes in te
ab insurgéntibus, in déxtera tua.

Custódi me ut pupíllam óculi, †
sub umbra alárum tuárum prótege me *
a fácie impiórum qui me afflixérunt.

II

Inimíci mei ánimam meam circumdedérunt, †
ádipem suum conclusérunt; *
os eórum locútum est supérbiam.

Incedéntes nunc circumdedérunt me, *
óculos suos statuérunt prostérnere in terram.

Aspéctus eórum quasi leónis paráti ad prædam, *
et sicut cátuli leónis recubántis in ábditis.

Exsúrge, Dómine, præveni eum, supplánta eum; *
éripe ánimam meam ab ímpio frámea tua,

a mórtuis manu tua, Dómine, *
a mórtuis quorum defécit pórtio vitæ.

De recónditis tuis adímpleas ventrem eórum, *
saturéntur fílii, et dimíttant relíquias párvulis suis.

Ego autem in iustítia vidébo fáciem tuam, *
satiábor, cum evigilávero, conspéctu tuo.

Ant. Meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper. iv.

LECTIO BREVIS Iac 1,19-20.26

Sit omnis homo velox ad audiéndum, tardus autem ad loquéndum et tardus ad iram. † Ira enim viri iustítiam Dei non operátur. * Si quis putat se religiósum esse, non refrénans linguam suam sed sedúcens cor suum, huius vana est relígio.

℣ Benedícam Dóminum in omni témpore.
℟ Semper laus eius in ore meo.

Oratio

Deus, qui méssis ac víneæ dóminus es et custos, † quique offícia tríbuis et iusta stipénda meritórum, * fac nos diéi pondus ita portáre, † ut nihil umquam de tuis plácitis conquerámur. Per Christum.

Ad Nonam

Ant.

viij. T.

Qui hábi-tas in cæ- lis, miserére no-

bis. E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 85.

LECTIO BREVIS 1 Petr 1,17-19

In timóre incolátus vestri témpore conversámini, † sciéntes quod non corruptibílibus auro vel argénto redémpti estis, * sed pretióso sánguine quasi agni immaculáti Christi.

℣ Rédime me, Dómine, et miserére mei.
℟ In ecclésiis benedícam Dómino.

Oratio

Deus, qui nos ádvocas illa hora, qua ad templum ascendébant Apóstoli, † præsta, ut orátio, quam in nómine Iesu sincéra tibi mente persólvimus, * ómnibus nomen illud invocántibus salútem eius váleat impetráre. Per Christum.

Ad Vesperas

HYMNUS

viij. T.

Immménse cæli cóndi-tor, * qui, mix-ta ne confúnderent, aquæ fluénta dí- vi-dens, cælum dedísti límí-tem.

Firmans locum cæléstibus
simúlque terræ rívulis,
ut unda flammas témperet,
terræ solum ne díssipet:

Infúnde nunc, piíssime,
donum perénnis grátiæ,
fraudis novæ ne cásibus
nos error átterat vetus.

Lucem fides invéniat,
sic lúminis iubar ferat;
hæc vana cuncta térreat,
hanc falsa nulla cómprimant.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

Ant. 1

8. T.

Lucérna pédibus me- is verbum tu- um, Dómine. E u o u a e.

Psalmus 118,105-112

Meditatio verbi Domini in lege

Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem. (Io 15,12)

Lucérna pédibus meis verbum tuum, *
et lumen sémitis meis.

Iurávi et státui *
custodíre iudícia iustítiæ tuæ.

Humiliátus sum usquequáque, Dómine; *
vivífica me secúndum verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita sint, Dómine, *
et iudícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper, *
et legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi, *
et de mandátis tuis non errávi.


Heréditas mea testimónia tua in ætérnum, *
quia exsultátio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum
ad faciéndas iustificatiónes tuas *
in ætérnum, in finem.

Ant. 1 Lucérna pédibus meis verbum tuum, Dómine. 8.

Ant. 2





Psalmus 85

Pauperis in rebus adversis oratio

Benedictus Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. (2 Cor 1,3-4)

I

Inclína, Dómine, aurem tuam et exáudi me, *
quóniam inops et pauper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum; *
salvum fac servum tuum, Deus meus,
sperántem in te.

Miserére mei, Dómine, *
quóniam ad te clamávi tota die.

Lætífica ánimam servi tui, *
quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam tu, Dómine, suávis et mitis, *
et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pércipe, Dómine, oratiónem meam, *
et inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te, *
quia exáudies me.

Non est símilis tui in diis, Dómine, *
et nihil sicut ópera tua.

Omnes gentes quascúmque fecísti vénient, †
et adorábunt coram te, Dómine; *
et glorificábunt nomen tuum,

quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: *
tu es Deus solus.

Ant. 2 Inclína Dómine, aurem tuam et exáudi me. ij.

Ant. 3

vj. T.

Suávis et mitis es, Dómine, et multæ miseri- córdi- æ ómnibus invocánti- bus te. E u o u a e.

II

Doce me, Dómine, viam tuam, *
et ingrédiar in veritáte tua;

simplex fac cor meum, *
ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine Deus meus,
in toto corde meo, *
et glorificábo nomen tuum in ætérnum,

quia misericórdia tua magna est super me, *
et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, supérbi insurrexérunt super me, †
et synagóga poténtium
quæsiérunt ánimam meam, *
et non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu, Dómine, Deus miserátor et miséricors, *
pátiens et multæ misericórdiæ et veritátis.

Réspice in me et miserére mei; †
da fortitúdinem tuam púero tuo, *
et salvum fac fílium ancíllæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, †
ut vídeant qui odérunt me et confundántur, *
quóniam tu, Dómine, adiuvísti me
et consolátus es me.

Ant. 3 Suávis et mitis es, Dómine, et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te. vj.

Ant. 4

3. T.

Sánguis Iesu Christi Fíli- i De-i, emúndat nos. E u o u a e.

Canticum **Eph 1,3-10**

De Deo salvatore

Benedíctus Deus et Pater
Dómini nostri Iesu Christi, *
qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli
in cæléstibus in Christo;

sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutiónem, †
ut essémus sancti et immaculáti *
in conspéctu eius in caritáte,

qui prædestinávit nos in adoptiónem filiórum †
per Iesum Christum in ipsum, *
secúndum propósitum voluntátis suæ;

in laudem glóriæ grátiæ suæ, *
in qua gratificávit nos in diléctо Fílio suo,

in quo habémus redemptiónem per sánguinem eius, *
remissiónem peccatórum.

Secúndum divítias grátiæ eius, †
quæ superabundávit in nobis *
in omni sapiéntia et prudéntia;

ut notum fáceret nobis
sacraméntum voluntátis suæ, *
secúndum beneplácitum eius,

quod propósuit in eo, *
in dispensatióne plenitúdinis témporum,

instauráre ómnia in Christo, *
quæ in cælis et quæ in terra sunt.

Ant. 4 Sánguis Iesu Christi, Fílii Dei, emúndat nos. 3.

LECTIO BREVIS Col 1,9b-11

Impleámini agnitióne voluntátis Dei, in omni sapiéntia et intelléctu spiritáli, † ut ambulétis digne Deo per ómnia placéntes, in omni ópere bono fructificántes et crescéntes in sciéntia Dei, * in omni virtúte confortáti secúndum poténtiam claritátis eius, in omni patiéntia et longanimitáte cum gáudio.

RESPONSORIUM BREVE

Sana ánimam me-am, * Qui- a peccá-

vi tibi. Sana. ℣. Ego dixi: Dómine, mise-

ré-re me-i. * Qui- a.

Ad Magnificat, ant.

viij. T.

Magnífi- cat ánima me-a Dómi-num,

qui- a respéxit De-us humi-litátem me-am.

E u o u a e.

Oratio

Magníficet te, Dómine, hæc nostræ servitútis proféssio, † ut qui propter nostram salútem humilitátem Maríæ Vírginis respexísti, * ad plenitúdinem redemptiónis nos fácias exaltári. Per Dóminum.

FERIA III HEBDOMADÆ I


Ad Vigilias

VERSUS INVITATORIUS


Regem magnum Dóminum, * Veníte adorémus.

HYMNUS


ij. T.



Consors patérni lúminis, * lux ipse



lucis et di- es, noctem canéndo rúmpi-



mus: assíste postu- lántibus.

Aufer tenébras méntium,
fuga catérvas dǽmonum,
expélle somnoléntiam
ne pigritántes óbruat.

Sic, Christe, nobis ómnibus
indúlgeas credéntibus,
ut prosit exorántibus
quod præcinéntes psállimus.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. 1 Dómine Deus meus, in te sperávi. j.

Psalmus 7

Oratio iusti calumniam patientis

Ecce iudex ante ianuam assistit. (Iac 5,9)

Dómine Deus meus, in te sperávi; *
salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me
et líbera me,

nequándo rápiat ut leo ánimam meam, *
discérpens, dum non est qui salvum fáciat.

Dómine Deus meus, si feci istud, *
si est iníquitas in mánibus meis;

si réddidi retribuénti mihi mala, *
et exspoliávi inimícum meum dimíttens inánem;

persequátur inimícus ánimam meam
et comprehéndat, †
et concúlcet in terra vitam meam, *
et glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exsúrge, Dómine, in ira tua, *
et exaltáre contra indignatiónem
inimicórum meórum,

et exsúrge, Deus meus, *
in iudício quod mandásti.

Et synagóga populórum circúmdabit te, †
et super hanc in altum regrédere: *
Dóminus iúdicat pópulos.

Iúdica me, Dómine, secúndum iustítiam meam, *
et secúndum innocéntiam meam quæ est in me.

Consumátur nequítia peccatórum; †
et iustum confírma: *
scrutans corda et renes Deus iustus.

Adiutórium meum apud Deum *
qui salvos facit rectos corde.

Deus iudex iustus, *
fortis iráscens per síngulos dies.

Nonne íterum gládium suum exácuit, *
arcum suum teténdit et parávit illum?

Et parávit sibi vasa mortis, *
sagíttas suas ardéntes effécit.

Ecce partúriit iniustítiam, *
concépit dolórem et péperit iniquitátem;

lacum apéruit et effódit eum, *
et íncidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor eius in caput eius, *
et in vérticem ipsíus iníquitas eius descéndet.

Confitébor Dómino secúndum iustítiam eius, *
et psallam nómini Dómini Altíssimi.

Ant. 1 Dómine Deus meus, in te sperávi. j.

Ant. 2 Peccatórum confríngam córnua, – et exaltabúntur córnua iusti. iij.

Psalmus 74

Dominus summus iudex

Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles. (Lc 1,52)

Confitébimur tibi, Deus; †
confitébimur, et invocábimus nomen tuum: *
narrábimus mirabília tua.

Cum statúero tempus, *
ego iustítias iudicábo.

Si liquefácta est terra, et omnes qui hábitant in ea, *
ego confirmávi colúmnas eius.

Dixi gloriántibus: „Nolíte gloriári“, *
et delinquéntibus: „Nolíte exaltáre cornu.“

Nolíte exaltáre in altum cornu vestrum, *
nolíte loqui advérsus Deum protérva.

Quia neque ab oriénte, neque ab occidénte, *
neque a desértis exaltátio.

Quóniam Deus iudex est; *
hunc humíliat et hunc exáltat.

Quia calix in manu Dómini *
vini meri plenus misto.

Et inclinávit ex hoc in hoc; †
verúmtamen usque ad fæces epotábunt, *
bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in sǽculum, *
cantábo Deo Iacob.

Et ómnia córnua peccatórum confríngam, *
et exaltabúntur córnua iusti.

Ant. 2 Peccatórum confríngam córnua, – et exaltabúntur córnua iusti. iij.

Ant. 3 Deus meus, líbera me de manu peccatóris. 8.

Psalmus 81

Contra iudices iniquos

Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus.
(1 Cor 4,5)

Deus stetit in concílio divíno, *
in médio deórum iúdicat.

„Usquequo iudicábitis iníque, *
et fácies peccatórum sumétis?

Iudicáte egéno et pupíllo, *
húmilem et páuperem iustificáte.

Erípite páuperem, *
et egénum de manu peccatóris liberáte."

Nesciérunt neque intellexérunt,
in ténebris ámbulant; *
movebúntur ómnia fundaménta terræ.

Ego dixi: „Dii estis, *
et fílii Excélsi omnes."

Vos autem sicut hómines moriémini, *
et sicut unus de princípibus cadétis.

Surge, Deus, iúdica terram, *
quóniam tu hereditábis in ómnibus géntibus.

Ant. 3 Deus meus, líbera me de manu peccatóris. 8.

℣ Díriget Dóminus mansuétos in iudício.
℟ Docébit mites vias suas.

Benedictio Adiútor et propítius † sit nobis omnípotens Deus. † ℟ Amen.

IN II NOCTURNO

Ant. 4 Commítte Dómino viam tuam. vj.

Psalmus 36

Sors malorum et iustorum

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. (Mt 5,5)

I

Noli æmulári in malignántibus, *
neque zeláveris faciéntes iniquitátem.

Quóniam tamquam fenum velóciter aréscent, *
et quemádmodum herba virens décident.

Spera in Dómino et fac bonitátem, *
et inhabitábis terram et pascéris in fide.

Delectáre in Dómino, *
et dabit tibi petitiónes cordis tui.

Commítte Dómino viam tuam et spera in eo, *
et ipse fáciet;

et edúcet quasi lumen iustítiam tuam, *
et iudícium tuum tamquam merídiem.

Quiésce in Dómino et exspécta eum; †
noli æmulári in eo qui prosperátur in via sua, *
in hómine qui molítur insídias.

Désine ab ira et derelínque furórem, *
noli æmulári, quod vertit ad malum.

Quóniam qui malignántur exterminabúntur, *
sustinéntes autem Dóminum
ipsi hereditábunt terram.

Et adhuc pusíllum et non erit peccátor, *
et quæres locum eius et non invénies.

Mansuéti autem hereditábunt terram, *
et delectabúntur in multitúdine pacis.

Ant. 4 Commítte Dómino viam tuam. vj.

Ant. 5 Qui exspéctant Dóminum, – ipsi hereditábunt terram. j.

II

Insidiábitur peccátor iusto, *
et stridébit super eum déntibus suis.

Dóminus autem irridébit eum, *
quóniam próspicit quod véniet dies eius.

Gládium evaginavérunt peccatóres, *
intendérunt arcum suum,

ut deíciant páuperem et ínopem, *
ut trucídent recte ambulántes in via.

Gládius eórum intret in corda ipsórum, *
et arcus eórum confringátur.

Mélius est módicum iusto *
super divítias peccatórum multas;

quóniam brácchia peccatórum conteréntur, *
confírmat autem iustos Dóminus.

Novit Dóminus dies immaculatórum, *
et heréditas eórum in ætérnum erit.

Non confundéntur in témpore malo, *
et in diébus famis saturabúntur.

Quia peccatóres períbunt, †
inimíci vero Dómini
ut decor campórum defícient, *
quemádmodum fumus defícient.

Mutuátur peccátor et non solvet, *
iustus autem miserétur et tríbuet.

Quia benedícti eius hereditábunt terram, *
maledícti autem eius exterminabúntur.

A Dómino gressus hóminis confirmántur, *
et viam eius volet.

Cum cecíderit non collidétur, *
quia Dóminus susténtat manum eius.

Iúnior fui, et sénui, †
et non vidi iustum derelíctum, *
nec semen eius quærens panem.

Tota die miserétur et cómmodat, *
et semen illíus in benedictióne erit.

Declína a malo et fac bonum, *
et inhabitábis in sǽculum sǽculi.

Quia Dóminus amat iudícium, *
et non derelínquet sanctos suos.

Iniústi in ætérnum disperíbunt, *
et semen impiórum exterminábitur.

Iusti autem hereditábunt terram, *
et inhabitábunt in sǽculum sǽculi super eam.

Ant. 5 Qui exspéctant Dóminum, – ipsi hereditábunt terram. j.

Ant. 6 Exspécta Dóminum et custódi viam eius. 7.

III

Os iusti meditábitur sapiéntiam, *
et lingua eius loquétur iudícium;

lex Dei eius in corde ipsíus, *
et non vacillábunt gressus eius.

Consíderat peccátor iustum, *
et quærit mortificáre eum;

Dóminus autem non derelínquet eum
in mánibus eius, *
nec damnábit eum, cum iudicábitur illi.

Exspécta Dóminum et custódi viam eius, †
et exaltábit te ut hereditáte cápias terram; *
cum exterminabúntur peccatóres, vidébis.

Vidi ímpium superexaltátum, *
et elevátum sicut cedrum viréntem;

et transívi, et ecce non erat, *
et quæsívi eum, et non est invéntus.

Obsérva innocéntem, et vide rectum, *
quóniam est postéritas hómini pacífico.

Iniústi autem disperíbunt simul, *
postéritas impiórum exterminábitur.

Salus autem iustórum a Dómino, *
et protéctor eórum in témpore tribulatiónis.

Et adiuvábit eos Dóminus et liberábit eos, †
et éruet eos a peccatóribus et salvábit eos, *
quia speravérunt in eo.

Ant. 6 Exspécta Dóminum et custódi viam eius. 7.


℣ Audiam quid loquátur Dóminus Deus.
℟ Loquétur pacem ad plebem suam.

Benedictio Benedícat nos Pater † et custódiat nos semper. † ℟ Amen.

Ad Laudes matutinas

HYMNUS


ij. T.



Pergráta mundo núnti- at * auróra



solis spí- cula, res et colóre vésti- ens



iam cuncta dat nitéscere.

Qui sol per ævum prænites,
o Christe, nobis vívidus,
ad te canéntes vértimur,
te gestiéntes pérfrui.

Tu Patris es sciéntia
Verbúmque per quod ómnia
miro refúlgent órdine
mentésque nostras áttrahunt.

Da lucis ut nos fílii
sic ambulémus ímpigri,
ut Patris usque grátiam
mores et actus éxprimant.

Sincéra præst*a* ut prófluant
ex ore nostro iúgiter,
et veritátis dúlcibus
ut excitémur gáudiis.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

Ant. 1

ij. T.

Sitívit ánima me-a ad De-um vi-
vum: quando véni- am et apparébo an-
te fáci- em Dómini? E u o u a e.

Psalmus 41

Desiderium Domini et templi eius

Qui sitit, veniat; et qui vult, accipiat aquam vitæ. (Ap 22,17)

Quemádmodum desíderat cervus
ad fontes aquárum, *
ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum, Deum vivum: *
quando véniam et apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrimæ meæ panis die ac nocte, *
dum dícitur mihi cotídie: „Ubi est Deus tuus?“

Hæc recordátus sum et effúdi in me
ánimam meam; *
quóniam transíbam in locum
tabernáculi admirábilis usque ad domum Dei,

in voce exsultatiónis et confessiónis, *
multitúdinis festa celebrántis.

Quare tristis es, ánima mea, *
et quare conturbáris in me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi, *
salutáre vultus mei et Deus meus.

In meípso ánima mea contristáta est; †
proptérea memor ero tui *
de terra Iordánis et Hermóniim, de monte Módico.

Abýssus abýssum ínvocat
in voce cataractárum tuárum; *
omnes gúrgites tui et fluctus tui
super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam, †
et nocte cánticum eius apud me est: *
orátio ad Deum vitæ meæ.

Dicam Deo: „Suscéptor meus es; †
quare oblítus es mei? *
Et quare contristátus incédo,
dum afflígit me inimícus?“

Dum confringúntur ossa mea, †
exprobravérunt mihi qui tríbulant me, *
dum dicunt mihi cotídie: „Ubi est Deus tuus?“

Quare tristis es, ánima mea, *
et quare conturbáris in me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi, *
salutáre vultus mei et Deus meus.

Ant. 1 Sitívit ánima mea ad Deum vivum: – quando véniam et apparébo ante fáciem Dómini? ij.

Ant. 2

vj. T.

Salutáre vultus me-i De-us me-us.

E u o u a e.

Psalmus 42

Desiderium templi

Ego lux in mundum veni. (Io 12,46)

Iúdica me, Deus, †
et discérne causam meam de gente non sancta; *
ab hómine iníquo et dolóso érue me.

Quia tu es Deus refúgii mei; †
quare me reppulísti, *
et quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus?

Emítte lucem tuam et veritátem tuam; *
ipsa me dedúcant et addúcant in montem
sanctum tuum et in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei, †
ad Deum lætítiæ exsultatiónis meæ. *
Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus.

Quare tristis es, ánima mea, *
  et quare conturbáris in me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi, *
  salutáre vultus mei et Deus meus.

Ant. 2 Salutáre vultus mei Deus meus. vj.

Ant. 3

vij. T.

Exaltá- te Regem sæculórum in opé-

ribus vestris. E u o u a e.

Canticum — Tob 13,1-10

Deus castigans et salvans

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos. (1 Petr 1,3)

Benedíctus Deus vivens in ævum, †
et regnum illíus, *
  quia ipse flagéllat et miserétur,

dedúcit usque ad ínferos deórsum †
  et redúcit a perditióne maiestáte sua *
  et non est qui effúgiat manum eius.

Confitémini illi, fílii Israel, coram natiónibus, †
  quia ipse dispérsit vos in illis *
  et ibi osténdit maiestátem suam.

Et exaltáte illum coram omni vivénte, †
  quóniam Dóminus noster, et ipse est pater noster *
  et ipse est Deus noster in ómnia sǽcula.

Flagellábit vos ob iniquitátes vestras *
  et ómnium miserébitur vestrum

et cólliget vos ab ómnibus natiónibus, *
  ubicúmque dispérsi fuéritis.

Cum convérsi fuéritis ad illum †
  in toto corde vestro et in tota ánima vestra, *
  ut faciátis coram illo veritátem,

tunc revertétur ad vos *
  et non abscóndet a vobis fáciem suam ámplius.

Et nunc aspícite quæ fecit vobíscum *
  et confitémini illi in toto ore vestro.

Benedícite Dóminum iustítiæ *
  et exaltáte regem sæculórum.

Ego in terra captivitátis meæ confíteor illi *
et osténdo virtútem et maiestátem eius
genti peccatórum.

Convertímini, peccatóres, †
et fácite iustítiam coram illo. *
Quis scit, si velit vos et fáciat vobis misericórdiam?

Ego et ánima mea regi cæli lætatiónes dícimus, *
et ánima mea lætábitur ómnibus diébus vitæ suæ.

Benedícite Dóminum, omnes elécti, †
et omnes laudáte maiestátem illíus. *
Agite dies lætítiæ et confitémini illi.

Ant. 3 Exaltáte Regem sæculórum in opéribus vestris. vij.

Ant. 4

1. T.

Rectos decet collaudáti- o.

E u o u a e.

Psalmus 32

Laus Domini providentis

Omnia per ipsum facta sunt. (Io 1,3)

Exsultáte, iusti, in Dómino; *
rectos decet collaudátio.

Confitémini Dómino in cíthara, *
in psaltério decem chordárum psállite illi.

Cantáte ei cánticum novum, *
bene psállite ei in vociferatióne.

Quia rectum est verbum Dómini, *
et ómnia ópera eius in fide.

Díligit iustítiam et iudícium, *
misericórdia Dómini plena est terra.

Verbo Dómini cæli facti sunt, *
et spíritu oris eius omnis virtus eórum.

Cóngregans sicut in utre aquas maris, *
ponens in thesáuris abýssos.

Tímeat Dóminum omnis terra, *
a fácie autem eius formídent
omnes inhabitántes orbem.

Quóniam ipse dixit, et facta sunt, *
ipse mandávit, et creáta sunt.

Dóminus díssipat consília géntium, *
írritas facit cogitatiónes populórum.

Consílium autem Dómini in ætérnum manet, *
cogitatiónes cordis eius
in generatióne et generatiónem.

Beáta gens, cui Dóminus est Deus, *
pópulus, quem elégit in hereditátem sibi.

De cælo respéxit Dóminus, *
vidit omnes fílios hóminum.

De loco habitáculi sui respéxit *
super omnes qui hábitant terram,

qui finxit singillátim corda eórum, *
qui intéllegit ómnia ópera eórum.

Non salvátur rex per multam virtútem, *
et gigas non liberábitur in multitúdine virtútis suæ.

Fallax equus ad salútem, *
in abundántia autem virtútis suæ non salvábit.

Ecce óculi Dómini super metuéntes eum, *
in eos qui sperant super misericórdia eius,

ut éruat a morte ánimas eórum, *
et alat eos in fame.

Anima nostra sústinet Dóminum, *
quóniam adiútor et protéctor noster est;

quia in eo lætábitur cor nostrum, *
et in nómine sancto eius sperávimus.


Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, *
quemádmodum sperávimus in te.

Ant. 4 Rectos decet collaudátio. 1.

LECTIO BREVIS Rom 13,11b.12-13a

Hora est iam nos de somno súrgere. † Nox præcéssit, dies autem appropinquávit. * Abiciámus ergo ópera tenebrárum et induámur arma lucis. † Sicut in die honéste ambulémus.


RESPONSORIUM BREVE




um et liberátor me-us. * Et.

Ad Benedictus, ant.


vij. T.



E-réxit Dóminus nobis cornu salútis



in do-mo David pú- eri sui.



E u o u a e.

Oratio

Matutína súpplicum vota, Dómine, propítius intuére, † et occúlta cordis nostri remédio tuæ clarífica pietátis, * ut desidéria tenebrósa non téneant, quos lux cæléstis grátiæ reparávit. Per Dóminum.

Ad Tertiam

Ant.

4. T.

Lætátus sum in e-o, quod dixérunt mihi. E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 77.

LECTIO BREVIS Ier 17,7-8

Benedíctus vir, qui confídit in Dómino, et erit Dóminus fidúcia eius; † et erit quasi lignum quod transplantátur super aquas, quod ad humórem mittit radíces suas; * et non timébit cum vénerit æstus; † et erit fólium eius víride, et in témpore siccitátis non erit sollícitum, nec aliquándo désinet fácere fructum.

℣ Dóminus non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia.

℟ Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat in te.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui Paráclitum Sanctum tuum hora tértia in Apóstolos effudísti, † in nos quoque eúndem Spíritum caritátis emítte, * ut fidéle tibi coram ómnibus homínibus testimónium præbeámus. Per Christum.

Ad Sextam

Ant.

4. T.

O-culi me-i semper ad Dóminum.

E u o u a e.

Psalmus 24

Imploratio veniæ et salutis

Spes non confundit. (Rom 5,5)

I

Ad te, Dómine, levávi ánimam meam, *
Deus meus, in te confído: non erubéscam.

Neque exsúltent super me inimíci mei, *
étenim univérsi qui sústinent te, non confundéntur.

Confundántur infidéliter agéntes *
propter vanitátem.

Vias tuas, Dómine, demónstra mihi, *
et sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua et doce me, †
quia tu es Deus salútis meæ, *
et te sustínui tota die.

Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, *
et misericordiárum tuárum, quóniam a sæculo sunt.

Peccáta iuventútis meæ et delícta mea
ne memíneris; †
secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu, *
propter bonitátem tuam, Dómine.

II

Dulcis et rectus Dóminus, *
propter hoc peccatóres viam docébit;

díriget mansuétos in iudício, *
docébit mites vias suas.

Univérsæ viæ Dómini misericórdia et véritas *
custodiéntibus testaméntum eius et testimónia eius.

Propter nomen tuum, Dómine,
propitiáberis peccáto meo; *
multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum? *
Docébit eum viam quam éligat.

Anima eius in bonis demorábitur, *
et semen eius hereditábit terram.

III

Familiáriter aget Dóminus cum timéntibus eum, *
ut testaméntum suum maniféstet illis.

Oculi mei semper ad Dóminum, *
quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, et miserére mei, *
quia únicus et pauper sum ego.

Diláta angústias cordis mei, *
et de necessitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam et labórem meum, *
et dimítte univérsa delícta mea.

Réspice inimícos meos, quóniam multiplicáti sunt, *
et ódio crudéli odérunt me.

Custódi ánimam meam, et érue me; *
non erubéscam quóniam sperávi in te.

Innocéntia et ǽquitas custódiant me, *
quia sustínui te.

Líbera, Deus, Israel *
ex ómnibus tribulatiónibus suis.

Ant. Oculi mei semper ad Dóminum. 4.

LECTIO BREVIS Prov 3,13-15

Beátus homo, qui ínvenit sapiéntiam et qui ápfluit prudéntia; † mélior est acquisítio eius negotiatióne argénti et auri primi, et puríssimi fructus eius. * Pretiósior est cunctis ópibus; † et ómnia quæ desiderántur huic non valent comparári.

℣ Dómine, veritátem in corde dilexísti.
℟ Et in occúlto sapiéntiam manifestásti mihi.


Oratio


Deus, qui Petro salvíficum tuum super gentes consílium revelásti, † éffice benígnus, * ut ópera nostra tibi grata reddántur, † ac tuo dilectiónis salutísque propósito te donánte desérviant. Per Christum.


Ad Nonam

Ant.

j. T.







Psalmi, ut in dominica, 85.

LECTIO BREVIS Iob 5,17-18

Beátus homo, qui corrípitur a Deo. † Increpatiónem ergo Dómini ne réprobes * quia ipse vúlnerat et medétur, pércutit et manus eius sanábunt.

℣ Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam, Dómine.

℟ Iustificatiónes tuas doce me.

Oratio

Deus, qui Cornélio centurióni ángelum tuum misísti, ut viam ei salútis osténderet, † da nobis, quǽsumus, * in salvatiónem ómnium libéntius operári, † ut una cum eis, in Ecclésia tua, ad te perveníre possímus. Per Christum.

Ad Vesperas

HYMNUS

viij. T.

Tellúris ingens cóndi- tor, * mundi solum qui é- ruens, pulsis aquæ mo- lésti- is, terram dedísti immó- bilem,

Ut germen aptum próferens,
fulvis decóra flóribus,
fecúnda fructu sísteret
pastúmque gratum rédderet:

Mentis perústæ vúlnera
munda viróre grátiæ,
ut facta fletu díluat
motúsque pravos átterat,


Iussis tuis obtémperet,
nullis malis appróximet,
bonis repléri gáudeat
et mortis actum nésciat.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

Ant. 1

8. T.

De profúndis clamávi ad te, Dómi-



ne. E u o u a e.

Psalmus 129

De profundis clamavi

Ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum. (Mt 1,21)

De profúndis clamávi ad te, Dómine; *
Dómine, exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes *
in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine, *
Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est, *
et timébimus te.

Sustínui te, Dómine; †
sustínuit ánima mea in verbo eius, *
sperávit ánima mea in Dómino.

Magis quam custódes auróram, *
speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia, *
et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel *
ex ómnibus iniquitátibus eius.

Ant. 1 De profúndis clamávi ad te, Dómine. 8.

Ant. 2

ij. T.

Sana, Dómine, ánimam me-am, qui- a peccávi tibi. E u o u a e.

Psalmus 40

Infirmi oratio

Unus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. (Mc 14,18)

Beátus qui intéllegit de egéno, *
in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus servábit eum, et vivificábit eum, †
et beátum fáciet eum in terra, *
et non tradet eum in fauces inimicórum eius.

Dóminus opem feret illi super lectum dolóris eius; *
univérsum stratum eius versábis in infirmitáte eius.

Ego dixi: „Dómine, miserére mei; *
sana ánimam meam, quia peccávi tibi.“

Inimíci mei dixérunt mala mihi: *
„Quando moriétur, et períbit nomen eius?“

Et si ingrediebátur, ut visitáret, vana loquebátur; †
cor eius congregábat iniquitátem sibi, *
egrediebátur foras et detrahébat.

Simul advérsum me susurrábant omnes inimíci mei; *
advérsum me cogitábant mala mihi:

„Malefícium effúsum est in eo; *
et qui decúmbit non adíciet ut resúrgat.“

Sed et homo pacis meæ, in quo sperávi, *
qui edébat panem meum,
levávit contra me calcáneum.

Tu autem, Dómine, miserére mei; *
et resúscita me, et retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluísti me, *
quia non gaudébit inimícus meus super me;

me autem propter innocéntiam suscepísti, *
et statuísti me in conspéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Israel *
a sǽculo et usque in sǽculum. Fiat, fiat.

Ant. 2 Sana, Dómine, ánimam meam, quia peccávi tibi. ij.

Ant. 3

viij. T.

Hymnum cantáte nobis de cánticis Si- on. E u o u a e.

Psalmus 136

Super flumina Babylonis

Hanc corporalem populi captivitatem referre in exemplum spiritalis captivitatis oportet. (S. Hilarius)

Super flúmina Babylónis,
illic sédimus et flévimus, *
cum recordarémur Sion.

In salícibus in médio eius *
suspéndimus cítharas nostras.

Quia illic rogavérunt nos,
qui captívos duxérunt nos, *
verba cantiónum,

et qui affligébant nos, lætítiam: *
„Cantáte nobis de cánticis Sion.“

Quómodo cantábimus cánticum Dómini *
in terra aliéna?

Si oblítus fúero tui, Ierúsalem, *
obliviscátur sui déxtera mea;

adhǽreat lingua mea fáucibus meis, *
si non memínero tui,

si non præposúero Ierúsalem *
in cápite lætítiæ meæ.

*Memor esto, Dómine, advérsus fílios Edom *
diéi Ierúsalem;*

*qui dicébant: „Exinaníte, exinaníte *
usque ad fundaméntum in ea.“*


*Fília Babylónis devástans, *
beátus qui retríbuet tibi retributiónem tuam
quam retribuísti nobis,*

*beátus qui tenébit *
et allídet párvulos tuos ad petram.*


Ant. 3 Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion. viij.


Ant. 4

7. T.



Sedé- bit Dóminus Rex in ætérnum:





Canticum — Ap 4,11; 5,9.10.12

Hymnus redemptorum

Dignus es, Dómine Deus noster, *
accípere glóriam et honórem et virtútem;

quia tu creásti ómnia, *
et propter voluntátem tuam erant et creáta sunt.

Dignus es, Dómine, accípere librum *
et aperíre signácula eius,

quóniam occísus es †
et redemísti nos Deo in sánguine tuo *
ex omni tribu et língua et pópulo et natióne,

et fecísti nos Deo nostro regnum et sacerdótes, *
et regnábimus super terram.

Dignus est Agnus, qui occísus est, †
accípere virtútem et divinitátem et sapiéntiam *
et fortitúdinem et honórem et glóriam
et benedictiónem.

Ant. 4 Sedébit Dóminus Rex in ætérnum: Dóminus benedícet pópulo suo in pace. 7.

LECTIO BREVIS 1 Io 3,1a.2

Vidéte qualem caritátem dedit nobis Pater, ut fílii Dei nominémur et simus. † Caríssimi, nunc fílii Dei sumus, et nondum appáruit quid érimus; * scimus quóniam, cum apparúerit, símiles ei érimus, quóniam vidébimus eum sícuti est.

RESPONSORIUM BREVE

In ætérnum, Dómine, * Pérmanet verbum tuum. In. ℣. In sǽculum sǽculi véritas tua. * Pérmanet.

Ad Magnificat, ant.

v. T.

Exsúltet spíri-tus me-us in Dómino



Oratio

Grátias tibi ágimus, Dómine Deus omnípotens, qui nos ad hanc horam vespertínam perveníre tribuísti, † te supplíciter deprecántes, * ut elevátio mánuum nostrárum sit in conspéctu tuo acceptábile sacrifícium. Per Dóminum.

FERIA IV HEBDOMADÆ I

Ad Vigilias

VERSUS INVITATORIUS


Adorémus Dóminum, * Quóniam ipse fecit nos.

HYMNUS


ij. T.



Rerum cre-átor óptime * rectórque



noster, réspice; nos a qui- éte nóxi- a



mersos sopóre líbera.

Te, sancte Christe, póscimus;
ignósce tu crimínibus,
ad confiténdum súrgimus
morásque noctis rúmpimus.

Mentes manúsque tóllimus,
Prophéta sicut nóctibus
nobis geréndum præcipit
Paulúsque gestis cénsuit.

Vides malum quod géssimus;
occúlta nostra pándimus,
preces geméntes fúndimus;
dimítte quod peccávimus.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. 1 Inclináte aurem vestram in verba oris mei. iv.

Psalmus 77

Domini bonitas et populi infidelitas in historia salutis

Hæc in figura facta sunt nostri. (1 Cor 10,6)

I

Atténdite, pópule meus, doctrínam meam; *
inclináte aurem vestram in verba oris mei.

Apériam in parábolis os meum, *
éloquar arcána ætátis antíquæ.

Quanta audívimus et cognóvimus ea, †
et patres nostri narravérunt nobis, *
non occultábimus a fíliis eórum,

generatióni álteri narrántes laudes Dómini
et virtútes eius, *
et mirabília eius quæ fecit.

Constítuit testimónium in Iacob, *
et legem pósuit in Israel;

quanta mandáverat pátribus nostris †
nota fácere ea fíliis suis, *
ut cognóscat generátio áltera, fílii qui nascéntur.

Exsúrgent et narrábunt fíliis suis, *
ut ponant in Deo spem suam,

et non obliviscántur óperum Dei, *
et mandáta eius custódiant.

Ne fiant sicut patres eórum, *
generátio rebéllis et exásperans;

generátio quæ non firmávit cor suum, *
et non fuit fidélis Deo spíritus eius.

Fílii Ephraim, intendéntes et mitténtes arcum, *
convérsi sunt in die belli.

Non custodiérunt testaméntum Dei, *
et in lege eius renuérunt ambuláre.

Et oblíti sunt factórum eius *
et mirabílium eius quæ osténdit eis.

Coram pátribus eórum fecit mirabília *
in terra Ægýpti, in campo Táneos.

Scidit mare et perdúxit eos, *
et státuit aquas quasi in utre.

Et dedúxit eos in nube per diem *
et per totam noctem in illuminatióne ignis.

Scidit petram in erémo, *
et adaquávit eos velut abýssus multa.

Et edúxit rívulos de petra, *
et dedúxit tamquam flúmina aquas.

Ant. 1 Inclináte aurem vestram in verba oris mei. iv.

Ant. 2 Quia mirabília fecit Dóminus. 1.

II

Et apposuérunt adhuc peccáre ei, *
in iram excitavérunt Excélsum in inaquóso.

Et tentavérunt Deum in córdibus suis, *
peténtes escas animábus suis;

et contra Deum locúti sunt, *
dixérunt: „Numquid póterit Deus
paráre mensam in desérto?“

Ecce percússit petram et fluxérunt aquæ, *
  et torréntes inundavérunt;

„Numquid et panem póterit dare, *
  aut paráre carnes pópulo suo?“

Ideo audívit Dóminus et exársit, †
  et ignis accénsus est in Iacob, *
  et ira ascéndit in Israel.

Quia non credidérunt in Deo, *
  nec speravérunt in salutári eius.

Verúmtamen mandávit núbibus désuper, *
  et iánuas cæli apéruit;

et pluit illis manna ad manducándum, *
  et panem cæli dedit eis:

panem angelórum manducávit homo, *
  cibária misit eis ad abundántiam.

Excitávit austrum in cælo, *
  et indúxit in virtúte sua áfricum;

et pluit super eos sicut púlverem carnes, *
  et sicut arénam maris volatília pennáta,

et cecidérunt in médio castrórum eórum, *
  circa tabernácula eórum.

Et manducavérunt et saturáti sunt nimis, *
  et desidérium eórum áttulit eis.

Nondum recésserant a desidério suo, *
  adhuc escæ eórum erant in ore ipsórum,

et ira Dei ascéndit super eos, †
  et occídit pingues eórum, *
  et eléctos Israel prostrávit.

Ant. 2 Quia mirabília fecit Dóminus. 1.

Ant. 3 Deus adiútor est, et Deus Excélsus redémptor eórum est. viij.

III

In ómnibus his peccavérunt adhuc, *
  et non credidérunt in mirabílibus eius;

et consúmpsit in hálitu dies eórum, *
  et anni eórum cum festinatióne.

Cum occíderet eos, quærébant eum, *
  et convérsi veniébant dilúculo ad eum;

et rememoráti sunt quia Deus adiútor est eórum, *
  et Deus excélsus redémptor eórum est.

Et suasérunt ei in ore suo, *
  et lingua sua mentíti sunt ei;

cor autem eórum non erat rectum cum eo, *
nec fidéles erant in testaménto eius.

Ipse autem est miséricors, *
et propitiátur iniquitáti, et non dispérdit.

Sæpe avértit iram suam, *
et non accéndit omnem furórem suum.

Et recordátus est quia caro sunt, *
spíritus vadens et non rédiens.

Ant. 3 Deus adiútor est, et Deus Excélsus redémptor eórum est. viij.

℣ Declarátio sermónum tuórum illúminat.
℟ Et intelléctum dat párvulis.

Benedictio Spíritus Sancti grátia † illúminet sensus et corda nostra. † ℟ Amen.

IN II NOCTURNO

Ant. 4 Redémit eos Dóminus de manu tribulántis. v.

IV

Quóties exacerbavérunt eum in desérto, *
in iram concitavérunt eum in inaquóso.

Et revérsi sunt et tentavérunt Deum, *
et sanctum Israel exacerbavérunt.

Non sunt recordáti manus eius, *
diéi qua redémit eos de manu tribulántis.

Cum pósuit in Ægýpto signa sua *
et prodígia sua in campo Táneos.

Convértit in sánguinem flúmina eórum, *
et rívulos eórum, ne bíberent.

Misit in eos cœnomyíam et comédit eos, *
ranam et pérdidit eos.

Dedit brucho fructus eórum, *
labóres eórum locústæ.

Occídit in grándine víneas eórum, *
moros eórum in pruína.

Trádidit grándini iuménta eórum, *
et greges eórum flammæ ignis.

Misit in eos ardórem iræ suæ, †
indignatiónem et comminatiónem et angústiam, *
immissiónem angelórum malórum.

Complanávit sémitam iræ suæ; †
non pepércit a morte animábus eórum, *
et vitam eórum in peste conclúsit.

Percússit omne primogénitum in terra Ægýpti, *
primítias róboris eórum in tabernáculis Cham.

Ant. 4 Redémit eos Dóminus de manu tribulántis. v.

Ant. 5 Sanctificávit Dóminus tabernáculum suum. vj.

V

Abstulit sicut oves pópulum suum, *
et perdúxit eos tamquam gregem in desérto.

Dedúxit eos in spe, et non timuérunt, *
et inimícos eórum opéruit mare.

Et indúxit eos in fines sanctificatiónis suæ, *
in montem quem acquisívit déxtera eius.

Et eiécit a fácie eórum gentes, †
et divísit eis terram in funículo hereditátis. *
Et habitáre fecit in tabernáculis eórum tribus Israel.

Et tentavérunt et exacerbavérunt Deum excélsum, *
et testimónia eius non custodiérunt.

Recessérunt et prævaricáti sunt, †
quemádmodum patres eórum, *
convérsi sunt retro ut arcus pravus.

In iram concitavérunt eum in cóllibus suis, *
et in sculptílibus suis
ad æmulatiónem eum provocavérunt.

Audívit Deus et exársit, *
et sprevit valde Israel.

Et réppulit habitáculum Silo, *
tabernáculum, ubi habitávit in homínibus.

Et trádidit in captivitátem virtútem suam, *
et pulchritúdinem suam in manus inimíci.

Et conclúsit in gládio pópulum suum, *
et in hereditátem suam exársit.

Iúvenes eórum comédit ignis, *
et vírgines eórum non sunt desponsátæ.

Sacerdótes eórum in gládio cecidérunt, *
et víduæ eórum non plorabántur.

Ant. 5 Sanctificávit Dóminus tabernáculum suum. vj.

Ant. 6 Elégit Dóminus Sion in habitatiónem sibi. 3.

VI

Et excitátus est tamquam dórmiens Dóminus, *
tamquam potens crapulátus a vino.

Et percússit inimícos suos in posterióra, *
oppróbrium sempitérnum dedit illis.

Et réppulit tabernáculum Ioseph, *
et tribum Ephraim non elégit,

sed elégit tribum Iuda, *
montem Sion quem diléxit.

Et ædificávit sicut excélsum sanctuárium suum, *
sicut terram quam fundávit in sǽcula.

Et elégit David servum suum, †
et sústulit eum de grégibus óvium, *
de post fetántes accépit eum:

páscere Iacob pópulum suum *
et Israel hereditátem suam.

Et pavit eos in innocéntia cordis sui, *
et in prudéntia mánuum suárum dedúxit eos.

Ant. 6 Elégit Dóminus Sion in habitatiónem sibi. 3.

℣ Omnes mirabántur in verbis grátiæ.
℟ Quæ procedébant de ore ipsíus.

Benedictio Partícipes vitæ ætérnæ † fáciat nos rex glóriæ. † ℟ Amen.

Ad Laudes matutinas

HYMNUS

ij. T.

Nox et tenébræ et núbi-la, * confú-sa mundi et túrbida, lux intrat, albé-scit polus: Christus venit; discédi-te.

Calígo terræ scínditur
percússa solis spículo,
rebúsque iam color redit
vultu nitentis síderis.

Sic nostra mox obscúritas
fraudísque pectus cónscium,
ruptis retéctum núbibus,
regnánte pallescet Deo.

Te, Christe, solum nóvimus,
te mente pur*a* et símplici
rogáre curváto genu
flend*o* et canéndo díscimus.

Inténde nostris sénsibus
vitámque totam díspice:
sunt multa fucis íllita
quæ luce purgéntur tua.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sæcula. Amen.

Ant. 1

vij. T.

Cognoscámus, Dómine, in terra vi-am tuam, in ómnibus géntibus salutáre tuum. E u o u a e.

Psalmus 66

Omnes gentes Domino confiteantur

Notum sit vobis quoniam gentibus missum est hoc salutare Dei. (Act 28,28)

Deus misereátur nostri, et benedícat nobis; *
illúminet vultum suum super nos.

Ut cognoscátur in terra via tua, *
in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus; *
confiteántur tibi pópuli omnes.

Lætántur et exsúltent gentes, †
quóniam iúdicas pópulos in æquitáte, *
et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli, Deus, *
confiteántur tibi pópuli omnes.


Terra dedit fructum suum; *
benedícat nos Deus, Deus noster;

benedícat nos Deus, *
et métuant eum omnes fines terræ.


Ant. 1 Cognoscámus, Dómine, in terra viam tuam, in ómnibus géntibus salutáre tuum. vij.

Ant. 2

ij. T.



A timó-re inimí- ci éripe, Dómi-



ne, ánimam me-am. E u o u a e.

Psalmus 63

Contra hostes oratio

Maxime Domini passio commendatur in hoc psalmo.

(S. Augustinus)

Exáudi, Deus, vocem meam
in meditatióne mea; *
a timóre inimíci custódi ánimam meam.

Prótege me a convéntu malignántium, *
a multitúdine operántium iniquitátem.

Qui exacuérunt ut gládium linguas suas, †
intendérunt sagíttas suas, venéfica verba, *
ut sagíttent in occúltis immaculátum.

Súbito sagittábunt eum, et non timébunt, *
firmavérunt sibi consílium nequam.

Disputavérunt, ut abscónderent láqueos, *
dixérunt: „Quis vidébit eos?“

Excogitavérunt iníqua, †
perfecérunt excogitáta consília. *
Profúnditas est homo, et cor eius abýssus.

Et sagittávit illos Deus; †
súbito factæ sunt plagæ eórum, *
et infirmávit eos lingua eórum.

Caput movébunt omnes qui vidébunt eos, *
et timébit omnis homo;

et annuntiábunt ópera Dei, *
et facta eius intéllegent.

Lætábitur iustus in Dómino et sperábit in eo, *
et gloriabúntur omnes recti corde.

Ant. 2 A timóre inimíci éripe, Dómine, ánimam meam. ij.

Ant. 3

vij. T.

Dómine, magnus es tu, et præclárus in virtú-te tua. E u o u a e.

Canticum Iudt 16,2-3.13-16

Dominus, creator mundi, populum suum protegit

Cantabant canticum novum. (Ap 5,9)

Incípite Deo meo in týmpanis, *
cantáte Dómino meo in cýmbalis,

modulámini illi psalmum novum, *
exaltáte et invocáte nomen ipsíus.

Tu es Deus cónterens bella, †
qui ponis castra in médio pópuli tui, *
ut erípias me de manu persequéntium me.

Cantábo Deo meo hymnum novum: †
Dómine, magnus es tu et clarus, *
mirábilis in virtúte et insuperábilis.

Tibi sérviat omnis creatúra tua, *
quóniam dixísti, et facta sunt,

misísti spíritum tuum, et ædificáta sunt, *
et non est qui resístat voci tuæ.

Montes enim a fundaméntis agitabúntur cum aquis, *
petræ autem a fácie tua tamquam cera liquéscent.

Illis autem qui timent te *
propítius adhuc eris.


Quóniam pusíllum omne sacrum
ad odórem suavitátis, *
et mínimus omnis adeps in holocáustum tibi.

Qui autem timet Dóminum *
magnus apud eum semper.


Ant. 3 Dómine, magnus es tu, et præclárus in virtúte tua. vij.

Ant. 4

8. T.



T e decet hymnus, De-us, in Si- on.



E u o u a e.

Psalmus 64

Sollemnis gratiarum actio

In Sion intellege cælicam civitatem. (Origenes)

Te decet hymnus, Deus, in Sion; *
et tibi reddétur votum in Ierúsalem.

Qui audis oratiónem, *
ad te omnis caro véniet propter iniquitátem.

Etsi prævaluérunt super nos impietátes nostræ, *
tu propitiáberis eis.

Beátus quem elegísti et assumpsísti, *
inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur bonis domus tuæ, *
sanctitáte templi tui.

Mirabíliter in æquitáte exáudies nos,
Deus salútis nostræ, *
spes ómnium fínium terræ et maris longínqui.

Firmans montes in virtúte tua, *
accínctus poténtia.

Compéscens sónitum maris, sónitum flúctuum eius *
et tumúltum populórum.

Et timébunt qui hábitant términos terræ a signis tuis; *
éxitus oriéntis et occidéntis delectábis.

Visitásti terram, et inebriásti eam; *
multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis; †
parásti fruménta illórum, *
quóniam ita parásti eam.

Sulcos eius írrigans, glebas eius complánans; *
ímbribus emóllis eam, benedícis gérmini eius.

Coronásti annum benignitáte tua, *
et vestígia tua stillábunt pinguédinem.

Stillábunt páscua desérti, *
et exsultatióne colles accingéntur.

Indúta sunt óvibus prata, †
et valles abundábunt fruménto; *
clamábunt, étenim hymnum dicent.

Ant. 4 Te decet hymnus, Deus, in Sion. 8.

LECTIO BREVIS Tob 4,16-17.19-20

Quod ab álio óderis fíeri tibi, vide ne tu aliquándo álteri fácias. † Panem tuum cum esuriéntibus et egénis cómede, * et de vestiméntis tuis nudos tege. † Consílium semper a sapiénte perquíre. * Omni témpore bénedic Deum, et pete ab eo, ut vias tuas dírigat, † et ómnia consília tua in ipso permáneant.

RESPONSORIUM BREVE

Inclína cor me-um, De-us, * In testi-

móni- a tua. Inclína. ℣. In vi- a tua vi-

vífica me. * In.

Ad Benedictus, ant.

vij. T.

Salú-tem ex inimícis nostris, et de

manu ómni- um, qui nos odé- runt, líbe-ra

nos, Dómine. E u o u a e.

Oratio

Exáudi nos, Deus, salutáris noster, † et nos pérfice sectatóres lucis et operários veritátis, * ut qui ex te nati sumus lucis fílii, † tui testes coram homínibus esse valeámus. Per Dóminum.

Ad Tertiam

Ant.

v. T.

Dóminus custó- di- at intró- itum tu- um et éx- itum tuum. E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 77.

LECTIO BREVIS 1 Petr 1,13-14

Succíncti lumbos mentis vestræ, sóbrii, perfécte speráte in eam quæ offértur vobis grátiam in revelatiónem Iesu Christi, † quasi fílii obœdiéntiæ, * non configuráti prióribus ignorántiæ vestræ desidériis.

℣ Vias tuas, Dómine, demónstra mihi.
℟ Et sémitas tuas édoce me.

Oratio

Dómine, Pater sancte, Deus fidélis, qui promíssum Spíritum misísti, ut hómines per peccátum dispérsos congregáres, † fac nos in mundo unitátis pacísque múnera confovére. Per Christum.

Ad Sextam

Ant.

vij. T.

Tu mandásti, Dómine, mandáta tu- a custodí- ri nimis. E u o u a e.

Psalmus 118

Meditatio verbi Domini in lege

Hæc est caritas Dei, ut mandata eius custodiamus. (1 Io 5,3)

I

Beáti immaculáti in via, *
qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui servant testimónia eius, *
in toto corde exquírunt eum.

Non enim operáti sunt iniquitátem, *
in viis eius ambulavérunt.

Tu mandásti *
mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ *
ad custodiéndas iustificatiónes tuas.

Tunc non confúndar, *
cum perspéxero in ómnibus præcéptis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis, *
in eo quod dídici iudícia iustítiæ tuæ.

Iustificatiónes tuas custódiam, *
non me derelínquas usquequáque.

II

In quo mundábit adulescéntior viam suam? *
In custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te, *
ne erráre me fácias a præcéptis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua, *
ut non peccem tibi.

Benedíctus es, Dómine; *
doce me iustificatiónes tuas.

In lábiis meis *
numerávi ómnia iudícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum *
sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor, *
et considerábo vias tuas.

In iustificatiónibus tuis delectábor, *
non oblivíscar sermónem tuum.

III

Bénefac servo tuo, et vivam, *
et custódiam sermónem tuum.

Revéla óculos meos, *
et considerábo mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra, *
non abscóndas a me præcépta tua.

Defécit ánima mea in desiderándo iudícia tua *
in omni témpore.

Increpásti supérbos; *
maledícti qui errant a præcéptis tuis.

Aufer a me oppróbrium et contémptum, *
quia testimónia tua servávi.

Etsi príncipes sedent, et advérsum me loquúntur, *
servus tamen tuus exercétur in iustificatiónibus tuis.

Nam et testimónia tua delectátio mea, *
et consílium meum iustificatiónes tuæ.

Ant. Tu mandásti, Dómine, mandáta tua custodíri nimis. vij.

LECTIO BREVIS 1 Petr 1,15-16

Secúndum eum qui vocávit vos sanctum, et ipsi in omni conversatióne sancti sitis, † quóniam scriptum est: * Sancti éritis, quóniam ego sanctus sum.

℣ Sacerdótes tui induántur iustítiam.
℟ Et sancti tui exsúltent.

Oratio

Omnípotens et miséricors Deus, qui nos die média respiráre concédis, † quos cœ́pimus propítius intuére labóres, * et, sanans quæ delíquimus, † fac eos ad finem tibi plácitum perveníre. Per Christum.

Ad Nonam

Ant.

j. T.

A diutóri- um nostrum in nómine Dó-

mini. E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 85.

LECTIO BREVIS Iac 4,7-8a.10

Súbditi estóte Deo; † resístite autem diábolo, et fúgiet a vobis. * Appropinquáte Deo, et appropinquábit vobis. † Humiliámini in conspéctu Dómini, et exaltábit vos.

℣ Ecce óculi Dómini super metuéntes eum.
℟ Et in eos qui sperant super misericórdia eius.

Oratio

Dómine Iesu Christe, qui manus tuas in cruce ad salvándos hómines extendísti, * concéde, ut actus nostri tibi reddántur accépti, † et opus tuæ redemptiónis in mundo váleant declaráre. Qui vivis.

Ad Vesperas

HYMNUS

viij. T.

Cæli De-us sanctíssime, * qui lúci-dum centrum poli candó-re pingis ígne-o augens decóri lúmina,

Quarto die qui flámmeam
solis rotam constítuens,
lunæ minístras órdini
vagos recúrsus síderum,

Ut nóctibus vel lúmini
diremptiónis términum,
primórdiis et ménsium
signum dares notíssimum:

Illúmina cor hóminum,
abstérge sordes méntium,
resólve culpæ vínculum,
evérte moles críminum.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

Ant. 1

vij. T.

Magnificábi- tur usque ad términos terræ, et erit iste pax. E u o u a e.

Psalmus 71

Regia Messiæ potestas

Apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera: aurum, tus et myrrham. (Mt 2,11)

I

Deus, iudícium tuum regi da, *
et iustítiam tuam fílio regis;

iúdicet pópulum tuum in iustítia, *
et páuperes tuos in iudício.

Afferant montes pacem pópulo, *
et colles iustítiam.

Iudicábit páuperes pópuli, †
et salvos fáciet fílios ínopis, *
et humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole et ante lunam, *
in generatióne et generatiónem.

Descéndet sicut plúvia in gramen, *
et sicut imber írrigans terram.

Florébit in diébus eius iustítia et abundántia pacis, *
donec auferátur luna.

Et dominábitur a mari usque ad mare, *
et a Flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident íncolæ desérti, *
et inimíci eius terram lingent.

Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent, *
reges Arabum et Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges, *
omnes gentes sérvient ei.

Ant. 1 Magnificábitur usque ad términos terræ, et erit iste pax. vij.

Ant. 2

vij. T.

Benedicéntur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificábunt e-um.

E u o u a e.

II

Quia liberábit ínopem clamántem, *
et páuperem cui non erat adiútor.

Parcet páuperi et ínopi, *
et ánimas páuperum salvas fáciet.

Ex oppressióne et violéntia rédimet ánimas eórum, *
et pretiósus erit sanguis eórum coram illo.

Et vivet, et dábitur ei de auro Arábiæ, †
et orábunt pro ipso semper; *
tota die benedícent ei.

Et erit ubértas fruménti in terra, *
in summis móntium fluctuábit;

sicut Líbanus fructus eius florébit, *
et colligábitur sicut fenum terræ.

Sit nomen eius benedíctum in sæcula, *
ante solem permanébit nomen eius.

Et benedícentur in ipso omnes tribus terræ, *
omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus, Deus Israel, *
qui facit mirabília solus;

et benedíctum nomen maiestátis eius in ætérnum, *
et replébitur maiestáte eius omnis terra. Fiat, fiat.

Ant. 2 Benedicéntur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificábunt eum. vij.

Ant. 3

iv. T.

Dum anxi- arétur cor me- um, in pe- tra exaltásti me. E u o u a e.

Psalmus 60

Exsulis oratio

Oratio iusti æterna sperantis. (S. Hilarius)

Exáudi, Deus, deprecatiónem meam, *
intende oratióni meæ.

A fínibus terræ ad te clamávi; †
dum anxiarétur cor meum, *
in petram inaccéssam mihi deduc me.

Quia factus es spes mea, *
turris fortitúdinis a fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in sǽcula, *
prótegar in velaménto alárum tuárum.

Quóniam tu, Deus meus, exaudísti vota mea, *
dedísti hereditátem timéntium nomen tuum.

Dies super dies regis adícies, *
annos eius usque in diem generatiónis
et generatiónis.

Sédeat in ætérnum in conspéctu Dei; *
misericórdia et véritas servent eum.

Sic psalmum dicam nómini tuo in sǽculum sǽculi, *
ut reddam vota mea de die in diem.

Ant. 3 Dum anxiarétur cor meum, in petra exaltásti me. iv.

Ant. 4

viij. T.

Ecce dedi te in lucem génti- um, ut sis salus me- a usque ad extrémum terræ. E u o u a e.

Canticum Col 1,12-20

Christus primogenitus omnis creaturæ et primogenitus ex mortuis

Grátias agámus Deo Patri, *
qui dignos nos fecit
in partem sortis sanctórum in lúmine,

qui erípuit nos de potestáte tenebrárum *
et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suæ,

in quo habémus redemptiónem per sánguinem eius, *
remissiónem peccatórum.

Qui est imágo Dei invisíbilis, *
primogénitus omnis creatúræ;

quóniam in ipso cóndita sunt univérsa †
in cælis et in terra, *
visibília et invisibília,

sive throni sive dominatiónes *
sive principátus sive potestátes:

ómnia per ipsum et in ipso creáta sunt †
et ipse est ante omnes, *
et ómnia in ipso constant.

Et ipse est caput córporis Ecclésiæ, †
qui est princípium, primogénitus ex mórtuis, *
ut sit in ómnibus ipse primátum tenens;

quia in ipso complácuit
omnem plenitúdinem inhabitáre, *
et per eum reconciliáre ómnia in ipsum,

pacíficans per sánguinem crucis eius *
sive quæ in terris sive quæ in cælis sunt.

Ant. 4 Ecce dedi te in lucem géntium, ut sis salus mea usque ad extrémum terræ. viij.

LECTIO BREVIS Iac 1,22.25

Estóte factóres verbi et non auditóres tantum, falléntes vosmetípsos. † Qui autem perspéxerit in legem perféctam libertátis et permánserit in ea, non audítor obliviósus factus, * sed factor óperis, hic beátus in facto suo erit.

RESPONSORIUM BREVE

R édime me, Dómine, * Et miseré- re

me- i. Rédime. ℣. Ne perdas cum ímpi- is

ánimam me- am. * Et.

Ad Magnificat, ant.

j. T.

Qui- a fecit mihi Dómi- nus magna qui potens est, et sanctum nomen eius.

E u o u a e.

Oratio

Adésto, Dómine, précibus nostris, † et die noctúque nos prótege, * ut vícibus témporum tua gubernatióne subiécti, † tua semper incommutabilitáte firmémur. Per Dóminum.

FERIA V HEBDOMADÆ I

Ad Vigilias

VERSUS INVITATORIUS

Veníte adorémus Dóminum, * Quia ipse est Deus noster.

HYMNUS

ij. T.

Nox atra rerum cóntegit * terræ co-

lóres ómni- um: nos confi-téntes póscimus

te, iuste iudex córdi- um,

Ut áuferas piácula
sordésque mentis ábluas,
donésque, Christe, grátiam
ut arceántur crímina.

Mens, ecce, torpet ímpia,
quam culpa mordet nóxia;
obscúra gestit tóllere
et te, Redémptor, quǽrere.

Repélle tu calíginem
intrínsecus quam máxime,
ut in beáto gáudeat
se collocári lúmine.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. 1 Exspectábo nomen tuum, Dómine, quóniam bonum est. vij.

Psalmus 51

Contra calumniatorem

Qui gloriatur, in Domino glorietur. (1 Cor 1,31)

Quid gloriáris in malítia, *
qui potens es iniquitáte?

Tota die insídias cogitásti; *
lingua tua sicut novácula acúta, qui facis dolum.

Dilexísti malítiam super benignitátem, †
mendácium magis quam loqui æquitátem. *
Dilexísti ómnia verba perditiónis, lingua dolósa.

Proptérea Deus déstruet te in finem; †
evéllet te, et emigrábit te de tabernáculo, *
et radícem tuam de terra vivéntium.

Vidébunt iusti et timébunt, *
et super eum ridébunt:

„Ecce homo qui non pósuit Deum refúgium suum, †
sed sperávit in multitúdine divitiárum suárum, *
et præváluit in insídiis suis.“

Ego autem sicut virens olíva in domo Dei. †
Sperávi in misericórdia Dei *
in ætérnum et in sǽculum sǽculi.

Confitébor tibi in sǽculum, quia fecísti; †
et exspectábo nomen tuum, quóniam bonum est, *
in conspéctu sanctórum tuórum.

Ant. 1 Exspectábo nomen tuum, Dómine, quóniam bonum est. vij.

Ant. 2 Avértit Dóminus captivitátem plebis suæ. viij.

Psalmus 52

Impiorum stultitia

Omnes peccaverunt et egent gloria Dei. (Rom 3,23)

Dixit insípiens in corde suo: „Non est Deus.“ †
Corrúpti sunt, et abominatiónes operáti sunt; *
non est qui fáciat bonum.

Deus de cælo prospéxit super fílios hóminum, *
ut vídeat, si est intéllegens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul corrúpti facti sunt; *
non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Nonne scient omnes qui operántur iniquitátem, *
qui dévorant plebem meam ut cibum panis?

Deum non invocavérunt; *
illic trepidavérunt timóre, et non erat timor.

Quóniam Deus dissipávit ossa eórum
qui te obsidébant, *
confúsi sunt, quóniam Deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutáre Israel? †
Cum convérterit Deus captivitátem plebis suæ, *
exsultábit Iacob et lætábitur Israel.

Ant. 2 Avértit Dóminus captivitátem plebis suæ. viij.

Ant. 3 Auribus percípite qui habitátis orbem. 8.

Psalmus 48

Vanitas divitiarum

Dives difficile intrabit in regnum cælorum. (Mt 19,23)

Audíte hæc, omnes gentes, *
áuribus percípite, omnes qui habitátis orbem.

Quique húmiles et viri nóbiles, *
simul in unum dives et pauper.

Os meum loquétur sapiéntiam, *
et meditátio cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábolam aurem meam, *
apériam in psaltério ænígma meum.

Cur timébo in diébus malis, *
cum iníquitas supplantántium circúmdabit me?

Qui confídunt in virtúte sua, *
et in multitúdine divitiárum suárum gloriántur.

Etenim seípsum non rédimet homo; *
non dabit Deo propitiatiónem suam.

Nímium est prétium redemptiónis ánimæ eius: †
ad últimum defíciet, *
ut vivat usque in finem, nec vídeat intéritum.

Et vidébit sapiéntes moriéntes; †
simul insípiens et stultus perıbunt, *
et relínquent aliénis divítias suas.

Sepúlcra eórum domus illórum in ætérnum; †
tabernácula eórum in progéniem et progéniem, *
etsi vocavérunt nomínibus suis terras suas.

Et homo, cum sit in honóre, non permanébit; †
comparátus est iuméntis quæ péreunt, *
et símilis factus est illis.

Hæc via illórum quorum fidúcia in semetípsis, *
et finis eórum qui cómplacent in ore suo.

Sicut oves in inférno pósiti sunt, *
mors depáscet eos;

descéndent præcípites ad sepúlcrum, †
et figúra eórum erit in consumptiónem: *
inférnus habitáculum eórum.

Verúmtamen Deus rédimet ánimam meam, *
de manu ínferi vere suscípiet me.

Ne timúeris, cum dives factus fúerit homo, *
et cum multiplicáta fúerit glória domus eius.

Quóniam cum interíerit, non sumet ómnia, *
neque descéndet cum eo glória eius.

Cum ánimæ suæ in vita ipsíus benedíxerit: *
  „Laudábunt te, quod benefecísti tibi";

tamen introíbit ad progéniem patrum suórum, *
  qui in ætérnum non vidébunt lumen.

Homo, cum in honóre esset, non intelléxit; †
  comparátus est iuméntis quæ péreunt, *
  et símilis factus est illis.

Ant. 3 Auribus percípite qui habitátis orbem. 8.

℣ Revéla, Dómine, óculos meos.
℟ Et considerábo mirabília de lege tua.

Benedictio Omnípotens Dóminus nos benedícat, † et ab omni malo defédat. † ℟ Amen.

IN II NOCTURNO

Ant. 4 Misericórdia tua, Dómine, ante óculos meos, et ambulávi in veritáte tua. j.

Psalmus 25

Innocentis fiducia et oratio

Elegit nos Deus in Christo, ut simus sancti et immaculati.
(Eph 1,4)

Iúdica me, Dómine, †
  quóniam ego in innocéntia mea ingréssus sum, *
  et in Dómino sperans non infirmábor.

Proba me, Dómine, et tenta me; *
ure renes meos et cor meum.

Quóniam misericórdia tua ante óculos meos est, *
et ambulávi in veritáte tua.

Non sedi cum viris vanitátis, *
et cum occúlte agéntibus non introíbo.

Odívi ecclésiam malignántium, *
et cum ímpiis non sedébo.

Lavábo in innocéntia manus meas, *
et circúmdabo altáre tuum, Dómine,

ut audítas fáciam voces laudis, *
et enárrem univérsa mirabília tua.

Dómine, diléxi habitáculum domus tuæ, *
et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne cólligas cum ímpiis ánimam meam, *
et cum viris sánguinum vitam meam.

In quorum mánibus iniquitátes sunt, *
déxtera eórum repléta est munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum, *
rédime me et miserére mei.

Pes meus stetit in dirécto, *
in ecclésiis benedícam Dómino.

Ant. 4 Misericórdia tua, Dómine, ante óculos meos, et ambulávi in veritáte tua. j.

Ant. 5 Esto mihi, Dómine, in rupem præsídii. j.

Psalmus 70

Domine, spes mea a iuventute mea

Spe gaudentes, in tribulatione patientes. (Rom 12,12)

I

In te, Dómine, sperávi, *
non confúndar in ætérnum.

In iustítia tua líbera me, et éripe me; *
inclína ad me aurem tuam, et salva me.

Esto mihi in rupem præsídii et in domum munítam, *
ut salvum me fácias,

quóniam fortitúdo mea *
et refúgium meum es tu.

Deus meus, éripe me de manu peccatóris, *
et de manu contra legem agéntis et iníqui.

Quóniam tu es exspectátio mea, Dómine; *
Dómine, spes mea a iuventúte mea.

Super te inníxus sum ex útero, †
de ventre matris meæ tu es suscéptor meus; *
in te laus mea semper.

Tamquam prodígium factus sum multis, *
et tu adiútor fortis.

Repleátur os meum laude tua, *
tota die magnitúdine tua.

Ne proícias me in témpore senectútis; *
cum defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

Quia dixérunt inimíci mei mihi, †
et qui observábant ánimam meam *
consílium fecérunt in unum,

dicéntes: „Deus derelíquit eum, †
persequímini et comprehéndite eum, *
quia non est qui erípiat."

Deus, ne elongéris a me; *
Deus meus, in auxílium meum festína.

Confundántur et defíciant adversántes ánimæ meæ; *
operiántur confusióne et pudóre
qui quærunt mala mihi.

Ant. 5 Esto mihi, Dómine, in rupem præsídii. j.

Ant. 6 Usque in senéctam et summam senectútem, ne derelínquas me, Dómine, Deus meus. ij.

II

Ego autem semper sperábo, *
et adíciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiábit iustítiam tuam, †
tota die salutáre tuum, *
quæ dinumeráre nescívi.

Véniam ad poténtias Dómini: *
Dómine, memorábor iustítiæ tuæ solíus.

Deus, docuísti me a iuventúte mea; *
et usque nunc annuntiábo mirabília tua.

Et usque in senéctam et sénium, *
Deus, ne derelínquas me,

donec annúntiem brácchium tuum *
generatióni omni quæ ventúra est.

Poténtia tua et iustítia tua, Deus, †
usque in altíssima, qui fecísti magnália: *
Deus, quis símilis tibi?

Quanta ostendísti mihi
tribulatiónes multas et malas; †
íterum vivificásti me, *
et de abýssis terræ íterum reduxísti me.

Multiplicábis magnitúdinem meam, *
et convérsus consoláberis me.

Nam et ego confitébor tibi, †
in psaltério veritátem tuam, Deus meus; *
psallam tibi in cíthara, sanctus Israel.

Exsultábunt lábia mea cum cantávero tibi, *
et ánima mea quam redemísti;

sed et lingua mea tota die meditábitur
iustítiam tuam, *
cum confúsi et revériti fúerint
qui quærunt mala mihi.

Ant. 6 Usque in senéctam et summam senectútem, ne derelínquas me, Dómine, Deus meus. ij.


℣ Dómine, apud te est fons vitæ.
℟ Et in lúmine tuo vidébimus lumen.

Benedictio Ad intelligénda sua præcépta † apériat Dóminus corda nostra. † ℟ Amen.


Ad Laudes matutinas

HYMNUS

ij. T.



S ol ecce surgit ígne- us: * piget, pu-



déscit, pæni-tet, nec teste quisquam lúmi-



ne peccáre constánter potest.

Tandem facéssat cæcitas,
quæ nosmet in præceps diu
lapsos sinístris gréssibus
erróre traxit dévio.

Hæc lux serénum cónferat
purósque nos præstet sibi;
nihil loquámur súbdolum,
volvámus obscúrum nihil.

Sic tota decúrrat dies,
ne lingua mendax, ne manus
oc*u*líve peccent lúbrici,
ne noxa corpus ínquinet.

Spec*u*látor astat désuper,
qui nos diébus ómnibus
actúsque nostros próspicit
a luce prim*a* in vésperum.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

Ant. 1

vj. T.

Tibi, Dómine, psal- lam, et intélli-
gam in vi- a immaculá-ta. E u o u a e.

Psalmus 100

Iusti principis confessio

Si diligitis me, mandata mea servate. (Io 14,15)

Misericórdiam et iudícium cantábo; *
tibi, Dómine, psallam.

Intéllegam in via immaculáta; *
quando vénies ad me?

Perambulábam in innocéntia cordis mei, *
in médio domus meæ.

Non proponébam ante óculos meos rem iniústam, †
faciéntem prævaricatiónes odívi, *
non adhǽsit mihi.

Cor pravum declinábat a me, *
malígnum non cognoscébam.

Detrahéntem secréto próximo suo *
hunc cessáre faciébam;

supérbum óculo et inflátum corde *
hunc non sustinébam.

Oculi mei ad fidéles terræ, ut sédeant mecum; *
qui ámbulat in via immaculáta,
hic mihi ministrábat.

Non habitábit in médio domus meæ
qui facit supérbiam; *
qui lóquitur iníqua non stabit
in conspéctu oculórum meórum.

In matutíno cessáre fáciam omnes peccatóres terræ, *
ut dispérdam de civitáte Dómini
omnes operántes iniquitátem. ■

Ant. 1 Tibi, Dómine, psallam, et intélligam in via immaculáta. vj.

Ant. 2

v. T.

Intret orátio mea in conspéctu tuo, Dómine. E u o u a e.

Psalmus 87

Hominis graviter ægrotantis oratio

Hæc est hora vestra et potestas tenebrarum. (Lc 22,53)

Dómine, Deus salútis meæ, *
in die clamávi et nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo orátio mea, *
inclína aurem tuam ad precem meam.

Quia repléta est malis ánima mea, *
et vita mea inférno appropinquávit.

Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum, *
factus sum sicut homo sine adiutório.

Inter mórtuos stratum meum, *
sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris;

quorum non es memor ámplius, *
et ipsi de manu tua abscíssi sunt.

Posuísti me in lacu inferióri, *
in tenebrósis et in umbra mortis.

Super me gravátus est furor tuus, *
et omnes fluctus tuos induxísti super me.

Longe fecísti notos meos a me, *
posuísti me abominatiónem eis;

conclúsus sum et non egrédiar; *
óculi mei languérunt præ afflictióne.

Clamávi ad te, Dómine, tota die, *
expándi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mirabília, *
aut surgent umbræ et confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro
misericórdiam tuam, *
et veritátem tuam in loco perditiónis?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua, *
et iustítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te, Dómine, clamávi, *
et mane orátio mea prævéniet te.

Ut quid, Dómine, repéllis ánimam meam, *
abscóndis fáciem tuam a me?

Pauper sum ego, et móriens a iuventúte mea; *
portávi pavóres tuos et conturbátus sum.

Super me transiérunt iræ tuæ, *
et terróres tui evertérunt me.

Circuiérunt me sicut aqua tota die, *
circumdedérunt me simul.

Elongásti a me amícum et próximum, *
et noti mei sunt ténebræ.

Ant. 2 Intret orátio mea in conspéctu tuo, Dómine. v.

Ant. 3

iv. T.

Pópulus me-us, a-it Dóminus, bonis me-is adimplébi- tur. E u o u a e.

Canticum Ier 31,10-14

Populi liberati felicitas

Iesus moriturus erat... ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. (Io 11,51-52)

Audíte verbum Dómini, gentes, *
 et annuntiáte in ínsulis, quæ procul sunt,

et dícite: „Qui dispérsit Israel, congregábit eum, *
 et custódiet eum sicut pastor gregem suum."

Redémit enim Dóminus Iacob, *
 et liberávit eum de manu potentióris,

et vénient et laudábunt in monte Sion, *
 et cónfluent ad bona Dómini

super fruménto et vino et óleo *
 et fetu pécorum et armentórum,

erítque ánima eórum quasi hortus irríguus, *
 et ultra non esúrient.

Tunc lætábitur virgo in choro, *
 iúvenes et senes simul;

et convértam luctum eórum in gáudium *
 et consolábor eos et lætificábo a dolóre suo

et inebriábo ánimam sacerdótum pinguédine, *
 et pópulus meus bonis meis adimplébitur. ■

Ant. 3 Pópulus meus, ait Dóminus, bonis meis adimplébitur. iv.

Ant. 4

iv. T.

Laudábo De-um me-um in vita me- a. E u o u a e.

Psalmus 145

Sperantium in Dominum beatitudo

Laudamus Dominum in vita nostra, id est in moribus nostris.
(Arnobius)

Lauda, ánima mea, Dóminum; †
laudábo Dóminum in vita mea, *
psallam Deo meo, quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus, *
in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus eius, et revertétur in terram suam; *
in illa die períbunt cogitatiónes eórum.

Beátus cuius Deus Iacob est adiútor, *
cuius spes in Dómino Deo suo.

Qui fecit cælum et terram, *
mare et ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sǽculum, †
facit iudícium oppréssis, *
dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos, *
Dóminus illúminat cæcos,

Dóminus érigit depréssos, *
Dóminus díligit iustos,

Dóminus custódit ádvenas, †
pupíllum et víduam susténtat, *
et viam peccatórum dispérdit.

Regnábit Dóminus in sǽcula, *
Deus tuus, Sion, in generatiónem et generatiónem.

Ant. 4 Laudábo Deum meum in vita mea. iv.

LECTIO BREVIS Is 66,1-2

Hæc dicit Dóminus: † Cælum sedes mea, terra autem scabéllum pedum meórum. * Quæ est ista domus, quam ædificábitis mihi, et quis est iste locus quiétis meæ? † Omnia hæc manus mea fecit, et facta sunt univérsa ista, dicit Dóminus. * Ad quem autem respíciam, nisi ad paupérculum et contrítum spíritu et treméntem sermónes meos?

RESPONSORIUM BREVE

Clamávi in toto corde me-o: * Exáu-

di me, Dómine. Clamávi. ℣. Iustifica-ti- ó-

nes tuas requíram. * Exáudi.

Ad Benedictus, ant.

vij. T.

In sancti-táte servi- ámus Dómino,

et liberábit nos ab inimícis nostris.

E u o u a e.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, † véspere, mane et merídie maiestátem tuam supplíciter deprecámur, * ut, expúlsis de córdibus nostris peccatórum ténebris, † ad veram lucem, quæ Christus est, nos fácias perveníre. Qui tecum vivit.

Ad Tertiam

Ant.

1. T.

Clamá- vi, et exaudívit me.

E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 77.

LECTIO BREVIS Am 4,13

Ecce formans montes et creans ventum, et annúntians hómini elóquium suum, † fáciens matutínam nébulam, et grádiens super excélsa terræ: * Dóminus Deus exercítuum nomen eius.

℣ Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino.
℟ Laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.

Oratio

Te, Dómine, supplíciter exorámus, † ut qui hora tértia Spíritum Sanctum orántibus Apóstolis tribuísti, * nobis eiúsdem grátiæ participatiónem concédas benígnus. Per Christum.

Ad Sextam

Ant.

ij. T.

Deduc me, Dómine, in sémi-tam præceptórum tuó-rum. E u o u a e.

Psalmus 118

IV

Adhǽsit púlveri ánima mea; *
vivífica me secúndum verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, et exaudísti me; *
doce me iustificatiónes tuas.

Viam mandatórum tuórum fac me intellégere, *
et exercébor in mirabílibus tuis.

Lacrimáta est ánima mea præ mæróre; *
érige me secúndum verbum tuum.

Viam mendácii avérte a me, *
et legem tuam da mihi benígne.

Viam veritátis elégi, *
iudícia tua propósui mihi.

Adhǽsi testimóniis tuis, Dómine; *
noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum curram, *
quia dilatásti cor meum.

V

Legem pone mihi, Dómine,
viam iustificatiónum tuárum, *
et servábo eam semper.

Da mihi intelléctum, et servábo legem tuam, *
et custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam præceptórum tuórum, *
quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia tua, *
  et non in avarítiam.

Avérte óculos meos, ne vídeant vanitátem, *
  in via tua vivífica me.

Súscita servo tuo elóquium tuum, *
  quod est ad timórem tuum.

Amove oppróbrium meum quod suspicátus sum, *
  quia iudícia tua iucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua; *
  in iustítia tua vivífica me.

VI

Et véniat super me misericórdia tua, Dómine, *
  salutáre tuum secúndum elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum, *
  quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo
    verbum veritátis usquequáque, *
  quia in iudíciis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper, *
  in sǽculum et in sǽculum sǽculi.

Et ambulábo in latitúdine, *
  quia mandáta tua exquisívi.

Et loquar de testimóniis tuis in conspéctu regum, *
et non confúndar.

Et delectábor in præcéptis tuis, *
quæ diléxi.

Et levábo manus meas ad præcépta tua, quæ diléxi; *
et exercébor in iustificatiónibus tuis.

Ant. Deduc me, Dómine, in sémitam præceptórum tuórum. ij.

LECTIO BREVIS Am 5,8

Fáciens Arctúrum et Oriónem, et convértens in mane ténebras, et diem in noctem mutans, † qui vocat aquas maris et effúndit eas super fáciem terræ: * Dóminus nomen eius.

℣ Magnificéntia et pulchritúdo in conspéctu eius.
℟ Poténtia et decor in sanctuário eius.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, apud quem nihil est tenebrósum, nihil obscúrum, † lucis tuæ in nos emítte splendórem, * ut mandatórum tuórum lege percépta, † in via tua dilatáto corde fidéliter ambulémus. Per Christum.

Ad Nonam

Ant.

viij. T.

Qui hábi-tas in cæ- lis, miserére no-bis. E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 85.

LECTIO BREVIS Am 9,6

Qui ædíficat in cælo ascensiónem suam et fascículum suum super terram fundávit, † qui vocat aquas maris et effúndit eas super fáciem terræ: * Dóminus nomen est eius.

℣ Cæli enárrant glóriam Dei.
℟ Et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

Oratio

Da nobis orántibus, quǽsumus, Dómine, ut patiéntiæ Unigéniti tui sequámur exémpla, † et advérsa patiéndi constántiam habeámus. Per Christum.

Ad Vesperas

HYMNUS

viij. T.

Magnæ De-us poténti- æ, * qui ex a-quis ortum genus partim remíttis gúrgi-ti, partim levas in á-ëra,

Demérsa lymphis ímprimens,
subvécta cælis írrigans,
ut, stirpe una pródita,
divérsa répleant loca:

Largíre cunctis sérvulis,
quos mundat unda sánguinis,
nescíre lapsus críminum
nec ferre mortis tædium,

Ut culpa nullum déprimat,
nullum levet iactántia,
elísa mens ne cóncidat,
eláta mens ne córruat.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

Ant. 1

ij. T.

G ustáte et vidéte, quóni- am suá- vis est Dómi- nus: be- átus vir, qui spe- rat in e-o. E u o u a e.

Psalmus 33

Dominus iustorum salus

Gustastis quoniam dulcis est Dominus. (1 Petr 2,3)

I

Benedícam Dóminum in omni témpore, *
semper laus eius in ore meo.

In Dómino gloriábitur ánima mea, *
áudiant mansuéti et læténtur.

Magnificáte Dóminum mecum, *
et exaltémus nomen eius in idípsum.

Exquisívi Dóminum, et exaudívit me, *
et ex ómnibus terróribus meis erípuit me.

Respícite ad eum, et illumináminі, *
et fácies vestræ non confundéntur.

Iste pauper clamávit, †
et Dóminus exaudívit eum, *
et de ómnibus tribulatiónibus eius salvávit eum.

Vallábit ángelus Dómini in circúitu timéntes eum, *
et erípiet eos.

Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus; *
beátus vir qui sperat in eo.

Timéte Dóminum sancti eius, *
quóniam non est inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt et esuriérunt, *
inquiréntes autem Dóminum non defícient
omni bono.

Ant. 1 Gustáte et vidéte, quóniam suávis est Dóminus: beátus vir, qui sperat in eo. ij.

Ant. 2

7. T.

Clamavé- runt iusti, et Dómi-nus ex-

audívit e-os. E u o u a e.

II

Veníte, fílii, audíte me: *
timórem Dómini docébo vos.

Quis est homo qui vult vitam, *
díligit dies, ut vídeat bonum?

Próhibe linguam tuam a malo, *
et lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte a malo et fac bonum, *
inquíre pacem et perséquere eam.

Oculi Dómini super iustos, *
et aures eius in clamórem eórum.

Vultus autem Dómini super faciéntes mala, *
ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt, et Dóminus exaudívit, *
et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos.

Iuxta est Dóminus iis qui contríto sunt corde, *
et confráctos spíritu salvábit.

Multæ tribulatiónes iustórum, *
et de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Custódit ómnia ossa eórum, *
unum ex his non conterétur.

Interfíciet peccatórem malítia, *
et qui odérunt iustum, puniéntur.

Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum, *
et non puniéntur omnes qui sperant in eo.

Ant. 2 Clamavérunt iusti, et Dóminus exaudívit eos. 7.

Ant. 3

viij. T.

Lætámini in Dómino et exsultá-

te, iusti, et glori- ámini, omnes recti cor-

de. E u o u a e.

Psalmus 31

Beatus cui remissa est iniquitas

David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus. (Rom 4,6)

Beátus cui remíssa est iníquitas, *
et obtéctum est peccátum.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus delíctum, *
nec est in spíritu eius dolus.

Quóniam tácui, inveteravérunt ossa mea, *
dum rugírem tota die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me
manus tua, *
immutátus est vigor meus in ardóribus æstátis.

Peccátum meum cógnitum tibi feci, *
et delíctum meum non abscóndi.

Dixi: „Confitébor advérsum me
iniquitátem meam Dómino.“ *
Et tu remisísti impietátem peccáti mei.

Propter hoc orábit ad te omnis sanctus *
in témpore opportúno.

Et in dilúvio aquárum multárum *
ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum,
a tribulatióne conservábis me; *
exsultatiónibus salútis circúmdabis me.

Intelléctum tibi dabo,
et ínstruam te in via qua gradiéris; *
firmábo super te óculos meos.

Nolíte fíeri sicut equus et mulus, *
quibus non est intelléctus in camo et freno;

si accédis ad constringéndum, *
non appróximant ad te.

Multi dolóres ímpii, *
sperántem autem in Dómino
misericórdia circúmdabit.


Lætámini in Dómino et exsultáte, iusti, *
et gloriámini, omnes recti corde.

Ant. 3 Lætámini in Dómino et exsultáte, iusti, et gloriámini, omnes recti corde. viij.

Ant. 4

j. T.

Dedit e-i Dóminus potestátem et ho-



nórem et regnum; et omnes pópuli, tribus



et linguæ ipsi sérvi- ent. E u o u a e.

Canticum **Ap 11,17-18; 12,10b-12a**

De iudicio Dei

Grátias ágimus tibi, *
Dómine Deus omnípotens,

qui es et qui eras et qui ventúrus es; *
quia accepísti virtútem tuam magnam et regnásti.

Et irátæ sunt gentes, *
et advénit ira tua, et tempus mortuórum iudicári,

et réddere mercédem servis tuis,
prophétis et sanctis, *
et timéntibus nomen tuum, pusíllis et magnis.

Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri *
  et potéstas Christi eius,

quia proiéctus est accusátor fratrum nostrórum, *
  qui accusábat illos ante conspéctum Dei nostri
    die ac nocte;

et ipsi vicérunt eum propter sánguinem Agni *
  et propter verbum testimónii sui

et non dilexérunt ánimas suas *
  usque ad mortem.

Proptérea lætámini, cæli, *
  et qui habitátis in eis.

Ant. 4 Dedit ei Dóminus potestátem et honórem et regnum; et omnes pópuli, tribus et linguæ ipsi sérvient. j.

LECTIO BREVIS 1 Petr 1,6-9

Exsultábitis, módicum nunc si opórtet constristári in váriis tentatiónibus, † ut probátio fídei vestræ, multo pretiósior auro quod per ignem probátur, * inveniátur in laudem et glóriam et honórem, in revelatióne Iesu Christi. † Quem cum non vidéritis, dilígitis; in quem nunc quoque non vidéntes créditis; * credéntes autem exsultábitis lætítia inenarrá-

bili et glorificáta, † reportántes finem fídei vestræ, salútem animárum.

RESPONSORIUM BREVE

C ibávit e- os Dóminus * Ex ádipe fruménti. Cibávit. ℣. Et de petra melle saturá- vit e- os. * Ex.

Ad Magnificat, ant.

iij. T.

D epósu- it poténtes sanctos perse- quéntes, et exaltávit húmi- les Christum confi- téntes. E u o u a e.

Oratio

Deus, qui illúminas noctem et lumen facis post ténebras radiáre, † concéde nobis, * ut hanc noctem sine impediménto Sátanæ transeámus, † atque matutínis horis ante conspéctum tuum tibi grátias referámus. Per Dóminum.

FERIA VI HEBDOMADÆ I

Ad Vigilias

VERSUS INVITATORIUS

Dóminum qui fecit nos. * Veníte adorémus.

HYMNUS

ij. T.

Tu, Trini-tátis Uni-tas, * orbem po-

ténter qui regis, atténde laudum cánti-

ca quæ excubántes psállimus.

Nam léctulo consúrgimus
noctis quiéto témpore,
ut flagitémus vúlnerum
a te medélam ómnium,

Quo, fraude quicquid dǽmonum
in nóctibus delíquimus,
abstérgat illud cǽlitus
tuæ potéstas glóriæ.

Te corde fido quǽsumus,
reple tuo nos lúmine,
per quod diérum círculis
nullis ruámus áctibus.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. 1 Deus ádiuvat me, et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ. viij.

Psalmus 53

Imploratio auxilii

Orat propheta, ut in nomine Domini a persequentium malignitate liberetur. (Cassiodorus)

Deus, in nómine tuo salvum me fac, *
et in virtúte tua iúdica me.

Deus, exáudi oratiónem meam, *
áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam supérbi insurrexérunt advérsum me, †
et fortes quæsiérunt ánimam meam, *
et non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádiuvat me, *
et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Convérte mala super inimícos meos, *
et in veritáte tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, *
confitébor nómini tuo, Dómine,
quóniam bonum est;

quóniam ex omni tribulatióne erípuit me, *
et super inimícos meos despéxit óculus meus.

Ant. 1 Deus ádiuvat me, et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ. viij.

Ant. 2 Inténde in me, et exáudi me, Dómine. v.

Psalmus 54

Contra perfidum amicum

Cœpit Iesus pavere et tædere. (Mc 14,33)

Auribus pércipe, Deus, oratiónem meam, †
et ne abscondáris a deprecatióne mea; *
intende mihi et exáudi me.

Excússus sum in meditatióne mea,
et conturbátus sum *
a voce inimíci et a tribulatióne peccatóris.

Quóniam devolvérunt in me iniquitátem, *
et in ira molésti erant mihi.

Cor meum torquétur intra me, *
et formído mortis cécidit super me.

Timor et tremor venérunt super me, *
et contéxit me pavor.

Et dixi: „Quis dabit mihi pennas sicut colúmbæ, *
et volábo et requiéscam?

Ecce, elongábo fúgiens, *
et manébo in solitúdine.“

Exspectábo eum qui salvum me fáciat, *
a spíritu procéllæ et tempestáte.

Díssipa, Dómine, dívide linguas eórum, *
quóniam vidi violéntiam et contentiónem
in civitáte.

Die ac nocte circúmeunt eam super muros eius, †
iníquitas et labor et insídiæ in médio eius; *
et non defécit de platéis eius frauduléntia et dolus.

Quóniam si inimícus meus maledixísset mihi, *
sustinuíssem útique;

et si is qui óderat me super me magnificátus fuísset, *
abscondíssem me fórsitan ab eo.

Tu vero, homo coæquális meus, *
familiáris meus et notus meus,

qui simul habúimus dulce consórtium: *
in domo Dei ambulávimus in concúrsu.

Véniat mors super illos, *
et descéndant in inférnum vivéntes;

quóniam nequítiæ in habitáculis eórum, *
in médio eorum.

Ego autem ad Deum clamábo, *
et Dóminus salvábit me.

Véspere et mane et merídie meditábor
et ingemíscam, *
et exáudiet vocem meam.

Rédimet in pace ánimam meam
ab his qui impúgnant me, *
quóniam in multis sunt advérsum me.

Exáudiet Deus, et humiliábit illos, *
qui est ante sǽcula.

Non enim est illis pactum, *
et non timuérunt Deum.

Exténdit manum suam in sócios; *
contaminávit fœdus suum.

Lene super butýrum est os eius, *
pugna autem cor illíus:

mollíti sunt sermónes eius super óleum, *
et ipsi sunt gládii destrícti.

Iacta super Dóminum curam tuam, †
et ipse te enútriet; *
non dabit in ætérnum fluctuatiónem iusto.

Tu vero, Deus, dedúces eos *
in púteum intéritus.

Viri sánguinum et dolósi non dimidiábunt dies suos; *
ego autem sperábo in te, Dómine.

Ant. 2 Inténde in me, et exáudi me, Dómine. v.

Ant. 3 Deus, vitam meam annuntiávi tibi: posuísti lácrimas meas in conspéctu tuo. viij.

Psalmus 55

Fiducia in Domini verbo collocata

Christus in passione monstratur. (S. Hieronymus)

Miserére mei, Deus,
quóniam conculcávit me homo, *
tota die impúgnans opp réssit me.

Conculcavérunt me inimíci mei tota die, *
quóniam multi pugnant advérsum me, Altíssime.

In quacúmque die timébo, *
ego in te sperábo.

In Deo, cuius laudábo sermónem, †
in Deo sperávi; *
non timébo: quid fáciet mihi caro?

Tota die rem meam perturbábant, *
advérsum me omnes cogitatiónes eórum in malum.

Concitábant iúrgia, insidiabántur, *
ipsi calcáneum meum observábant.

Sicut quæsiérunt ánimam meam, †
*ita pro iniquitáte retríbue illis, **
in ira pópulos prostérne, Deus.

Peregrinatiónes meas tu numerásti: †
  pone lácrimas meas in utre tuo; *
  nonne in supputatióne tua?

Tunc converténtur inimíci mei retrórsum, †
  in quacúmque die invocávero: *
  ecce cognóvi quóniam Deus meus es.

In Deo, cuius laudábo sermónem, *
  in Dómino, cuius laudábo sermónem,

in Deo sperávi, *
  non timébo: quid fáciet mihi homo?

Super me sunt, Deus, vota tua; *
  reddam laudatiónes tibi;

quóniam eripuísti ánimam meam de morte, †
  et pedes meos de lapsu, *
  ut ámbulem coram Deo in lúmine vivéntium.

Ant. 3 Deus, vitam meam annuntiávi tibi: posuísti lácrimas meas in conspéctu tuo. viij.

℣ Fili mi, custódi sermónes meos.
℟ Serva mandáta mea, et vives.

Benedictio Illúminet Dóminus vultum suum super nos, † et misereátur nostri. † ℟ Amen.

IN II NOCTURNO

Ant. 4 Zelus domus tuæ comédit me, et oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt super me. 8.

Psalmus 68

Zelus domus tuæ comedit me

Dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. (Mt 27,34)

I

Salvum me fac, Deus, *
quóniam venérunt aquæ usque ad guttur meum.

Infíxus sum in limo profúndi, et non est substántia; *
veni in profúnda aquárum, et fluctus demérsit me.

Laborávi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ; *
defecérunt óculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicáti sunt super capíllos cápitis mei, *
qui odérunt me gratis.

Confortáti sunt qui persecúti sunt me
inimíci mei mendáces, *
quæ non rápui, tunc exsolvébam.

Deus, tu scis insipiéntiam meam, *
et delícta mea a te non sunt abscóndita.

Non erubéscant in me qui exspéctant te, *
  Dómine, Dómine virtútum.

Non confundántur super me, *
  qui quærunt te, Deus Israel.

Quóniam propter te sustínui oppróbrium, *
  opéruit confúsio fáciem meam;

extráneus factus sum frátribus meis, *
  et peregrínus fíliis matris meæ.

Quóniam zelus domus tuæ comédit me, *
  et oppróbria exprobrántium
    tibi cecidérunt super me.

Et flexi in ieiúnio ánimam meam, *
  et factum est in oppróbrium mihi.

Et pósui vestiméntum meum cilícium, *
  et factus sum illis in parábolam.

Advérsum me loquebántur qui sedébant in porta, *
  et in me canébant qui bibébant vinum.

Ant. 4 Zelus domus tuæ comédit me, et oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt super me. 8.

Ant. 5 Exáudi nos, Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua. ij.

II

Ego vero oratiónem meam ad te, Dómine; *
in témpore benepláciti, Deus.

In multitúdine misericórdiæ tuæ exáudi me, *
in veritáte salútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infígar, †
erípiar ab iis qui odérunt me, *
et de profúndis aquárum.

Non me demérgat fluctus aquárum, †
neque absórbeat me profúndum; *
neque úrgeat super me púteus os suum.

Exáudi me, Dómine,
quóniam benígna est misericórdia tua; *
secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum
réspice in me.

Et ne avértas fáciem tuam a púero tuo, *
quóniam tríbulor, velóciter exáudi me.

Accéde ad ánimam meam, víndica eam, *
propter inimícos meos rédime me.

Tu scis oppróbrium meum *
et confusiónem meam et reveréntiam meam.

In conspéctu tuo sunt omnes qui tríbulant me; *
oppróbrium contrívit cor meum, et elángui.

Et sustínui qui simul contristarétur, et non fuit, *
et qui consolarétur, et non invéni.

Et dedérunt in escam meam fel, *
et in siti mea potavérunt me acéto.

*Fiat mensa eórum coram ipsis in láqueum, **
et in retributiónes et in scándalum.

*Obscuréntur óculi eórum, ne vídeant, **
et lumbos eórum semper infírma.

*Effúnde super eos iram tuam, **
et furor iræ tuæ comprehéndat eos.

*Fiat commorátio eórum desérta, **
et in tabernáculis eórum non sit qui inhábitet.

*Quóniam quem tu percussísti, persecúti sunt, **
et super dolórem eius, quem vulnerásti, addidérunt.

*Appóne iniquitátem super iniquitátem eórum, **
et non véniant ad iustítiam tuam.

*Deleántur de libro vivéntium, **
et cum iustis non scribántur.

Ant. 5 Exáudi nos, Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua. ij.

Ant. 6 Quǽrite Dóminum, et vivet ánima vestra. viij.

III

Ego autem sum pauper et dolens; *
salus tua, Deus, súscipit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico, *
et magnificábo eum in laude.

Et placébit Dómino super taurum, *
super vítulum córnua producéntem et úngulas.

Videánt húmiles et lætántur; *
quǽrite Deum, et vivet cor vestrum.

Quóniam exaudívit páuperes Dóminus, *
et vinctos suos non despéxit.

Laudent illum cæli et terra, *
mária et ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus salvam fáciet Sion, †
et ædificábit civitátes Iuda; *
et inhabitábunt ibi, et possidébunt eam.

Et semen servórum eius hereditábunt eam, *
et qui díligunt nomen eius, habitábunt in ea.

Ant. 6 Quǽrite Dóminum, et vivet ánima vestra. viij.

℣ Dóminus vias suas docébit nos.
℟ Et ambulábimus in sémitis eius.

Benedictio Ad gáudia paradísi † perdúcat nos misericórdia Iesu Christi. † ℟ Amen.

Ad Laudes matutinas

HYMNUS

ij. T.

Æ-térna cæli glóri- a, * be-áta spes mortáli- um, celsi Paréntis Unice castǽque pro-les Vírginis,

Da déxteram surgéntibus,
exsúrgat et mens sóbria
flagrans et in laudem Dei
grates repéndat débitas.

Ortus refúlget lúcifer
ipsámque lucem núntiat,
cadit calígo nóctium,
lux sancta nos illúminet,


Manénsque nostris sénsibus
noctem repéllat sǽculi
omníque fine témporis
purgáta servet péctora.

Quæsíta iam primum fides
radícet altis sénsibus,
secúnda spes congáudeat;
tunc maior exstat cáritas.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

Ant. 1
vj. T.

Benedixísti, Dómi- ne, terram tuam.



E u o u a e.

Psalmus 84

Propinqua est salus nostra

In terram delapso Salvatore nostro, benedixit Deus terram suam. (Origenes)

Complacuísti tibi, Dómine, in terra tua, *
convertísti captivitátem Iacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuæ, *
operuísti ómnia peccáta eórum.

Contraxísti omnem iram tuam, *
revertísti a furóre indignatiónis tuæ.

Convérte nos, Deus, salutáris noster, *
et avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis, *
aut exténdes iram tuam a generatióne
in generatiónem?

Nonne tu convérsus vivificábis nos, *
et plebs tua lætábitur in te?

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, *
et salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur Dóminus Deus, †
  quóniam loquétur pacem
    ad plebem suam et sanctos suos, *
  et ad eos qui convertúntur corde.

Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsíus, *
  ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia et véritas obviavérunt sibi, *
  iustítia et pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est, *
  et iustítia de cælo prospéxit.


Etenim Dóminus dabit benignitátem, *
  et terra nostra dabit fructum suum.

Iustítia ante eum ambulábit, *
  et ponet in via gressus suos.


Ant. 1 Benedixísti, Dómine, terram tuam. vj.

Ant. 2

vij. T.



A mpli- us lava me, Dómine, ab in-



iustí- ti- a me- a. E u o u a e.

Psalmus 50

Miserere mei, Deus

Renovamini spiritu mentis vestræ et induite novum hominem.
(Eph 4,23-24)

Miserére mei, Deus, *
secúndum misericórdiam tuam;

et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum *
dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea, *
et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco, *
et peccátum meum contra me est semper.

Tibi, tibi soli peccávi, *
et malum coram te feci,

ut iustus inveniáris in senténtia tua *
et æquus in iudício tuo.

Ecce enim in iniquitáte generátus sum, *
et in peccáto concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem in corde dilexísti, *
et in occúlto sapiéntiam manifestásti mihi.

Aspérges me hysópo, et mundábor; *
lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audíre me fácies gáudium et lætítiam, *
et exsultábunt ossa quæ humiliásti.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis, *
et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, *
et spíritum firmum ínnova in viscéribus meis.

Ne proícias me a fácie tua, *
et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui, *
et spíritu promptíssimo confírma me.

Docébo iníquos vias tuas, *
et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ, *
et exsultábit lingua mea iustítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries, *
et os meum annuntiábit laudem tuam.

Non enim sacrifício delectáris, *
holocáustum, si ófferam, non placébit.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus, *
cor contrítum et humiliátum, Deus, non despícies.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, *
ut ædificéntur muri Ierúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium iustítiæ,
oblatiónes et holocáusta; *
tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Ant. 2 Amplius lava me, Dómine, ab iniustítia mea. vij.

Ant. 3
v. T.

In Dómino iustificábi- tur et laudá- bitur omne semen Isra- el. E u o u a e.

Canticum **Is 45,15-26**

Omnes gentes convertantur ad Dominum

In nomine Iesu omne genu flectatur. (Phil 2,10)

Vere tu es Deus abscónditus, *
Deus Israel salvátor.

Confúsi sunt et erubuérunt omnes, *
simul abiérunt in confusiónem
fabricatóres idolórum.

Israel salvátus est in Dómino salúte ætérna; *
non confundémini et non erubescétis
usque in sǽculum sǽculi.

Quia hæc dicit Dóminus, †
qui creávit cælos, ipse Deus, *
qui formávit terram et fecit eam, ipse fundávit eam;

non ut vácua esset creávit eam, †
ut habitarétur formávit eam: *
„Ego Dóminus et non est álius;

non in abscóndito locútus sum *
in loco terræ tenebróso,

non dixi sémini Iacob: †
‚Frustra quǽrite me.' *
Ego Dóminus loquens iustítiam, annúntians recta."

Congregámini et veníte, et accédite simul, *
qui salváti estis ex géntibus.

Nesciérunt qui levant lignum sculptúræ suæ *
et rogant deum non salvántem.

Annuntiáte et veníte et consiliámini simul. †
Quis audítum fecit hoc ab inítio, *
ex tunc prædíxit illud?

Numquid non ego Dóminus, †
et non est ultra Deus absque me? *
Deus iustus et salvans non est præter me.

Convertímini ad me et salvi éritis,
omnes fines terræ, *
quia ego Deus et non est álius.

In memetípso iurávi: †
Egréssa est de ore meo iustítia, *
verbum quod non revertétur;

quia mihi curvábitur omne genu, *
et iurábit omnis lingua.“

„Tantum in Dómino“ dicent „sunt iustítiæ et robur.“ *
Ad eum vénient et confundéntur omnes
qui repúgnant ei:


in Dómino iustificábitur et laudábitur *
omne semen Israel.

Ant. 3 In Dómino iustificábitur et laudábitur omne semen Israel. v.

Ant. 4

viij. T.

Laudáte Dóminum, omnes gentes.



Psalmus 116

Laus miserentis Domini

Dico ... gentes super misericordia honorare Deum.
(Rom 15,8.9)

Laudáte Dóminum, omnes gentes, *
collaudáte eum, omnes pópuli;

quóniam confirmáta est super nos misericórdia eius, *
et véritas Dómini manet in ætérnum.

Ant. 4 Laudáte Dóminum, omnes gentes. viij.

LECTIO BREVIS Eph 4,29-32

Omnis sermo malus ex ore vestro non procédat; † sed si quis bonus ad ædificatiónem fídei, ut det grátiam audiéntibus. * Et nolíte contristáre Spíritum Sanctum Dei, in quo signáti estis in diem redemptiónis. † Omnis amaritúdo et ira et indignátio et clamor et blasphémia tollátur a vobis, cum omni malítia. * Estóte autem ínvicem benígni, misericórdes, donántes ínvicem, sicut et Deus in Christo donávit vobis.

RESPONSORIUM BREVE

A udí-tam fac mihi mane, * Misericór-di- am tuam. Audí-tam. ℣. Notam fac mi-hi vi- am in qua ámbulem. * Misericórdi-am.

Ad Benedictus, ant.

3. T.

T u puer, Prophé- ta Altíssimi vocábe-ris: præíbis ante Dóminum paráre vi- as e-ius. E u o u a e.

Oratio

Deus, qui ténebras ignorántiæ Verbi tui luce depéllis, † auge in córdibus nostris virtútem fídei quam dedísti, * ut ígnis, quem grátia tua fecit accéndi, † nullis tentatiónibus exstinguátur. Per Dóminum.

Ad Tertiam

Ant.

4. T.

Lætátus sum in e-o, quod dixérunt mihi. E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 77.

LECTIO BREVIS Phil 2,2b-4

Idem sápite, eándem caritátem habéntes, unánimes, idípsum sentiéntes; † nihil per contentiónem neque per inánem glóriam, sed in humilitáte superióres sibi ínvicem arbitrántes, * non quæ sua sunt sínguli considerántes, sed ea quæ aliórum.

℣ Univérsæ viæ Dómini misericórdia et véritas.
℟ Custodiéntibus testaméntum eius et testimónia eius.

Oratio

Dómine Iesu Christe, qui hora tértia ad crucis pœnam ductus es pro mundi salúte, † te súpplices exorámus, * ut et de prætéritis malis semper apud te véniam impetrémus, † et de futúris iúgiter habeámus custódiam. Qui vivis.

Ad Sextam

In sollemnitatibus et festis psalmi de dominica hebdomadæ I, 81.

Ant.

viij. T.

Iudica causam me-am, defénde,



qui- a potens es, Dómine. E u o u a e.

Psalmus 21

Afflictio iusti et exauditio

Clamavit Iesus voce magna: „Eli, Eli, lamma sabacthani?“
(Mt 27,46)

I

Deus, Deus meus, quare me dereliquísti? *
Longe a salúte mea verba rugítus mei.

Deus meus, clamo per diem, et non exáudis, *
et nocte, et non est réquies mihi.

Tu autem sanctus es, *
hábitans in láudibus Israel.

In te speravérunt patres nostri, *
speravérunt, et liberásti eos;

ad te clamavérunt, et salvi facti sunt, *
in te speravérunt, et non sunt confúsi.

Ego autem sum vermis et non homo, *
oppróbrium hóminum et abiéctio plebis.

Omnes vidéntes me derisérunt me; *
torquéntes lábia movérunt caput:

„Sperávit in Dómino, erípiat eum; *
salvum fáciat eum, quóniam vult eum.“

Quóniam tu es qui extraxísti me de ventre, *
  spes mea ad úbera matris meæ.

In te proiéctus sum ex útero, *
  de ventre matris meæ Deus meus es tu.

Ne longe fias a me, †
  quóniam tribulátio próxima est, *
  quóniam non est qui ádiuvet.

II

Circumdedérunt me vítuli multi, *
  tauri Basan obsedérunt me.

Aperuérunt super me os suum *
  sicut leo rápiens et rúgiens.

Sicut aqua effúsus sum, *
  et dissolúta sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera *
  liquéscens in médio ventris mei.

Aruit tamquam testa palátum meum, †
  et lingua mea adhǽsit fáucibus meis, *
  et in púlverem mortis deduxísti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi, *
  concílium malignántium obsédit me.

Fodérunt manus meas et pedes meos, *
et dinumerávi ómnia ossa mea.

Ipsi vero consideravérunt et inspexérunt me. †
Divisérunt sibi vestiménta mea, *
et super vestem meam misérunt sortem.

Tu autem, Dómine, ne elongáveris, *
fortitúdo mea, ad adiuvándum me festína.

Erue a frámea ánimam meam, *
et de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis, *
et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis, *
in médio ecclésiæ laudábo te.

III

Qui timétis Dóminum, laudáte eum, *
univérsum semen Iacob, glorificáte eum.

Métuat eum omne semen Israel, *
quóniam non sprevit neque despéxit
afflictiónem páuperis,

nec avértit fáciem suam ab eo, *
et cum clamáret ad eum, exaudívit.

Apud te laus mea in ecclésia magna; *
vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

Edent páuperes, et saturabúntur, †
et laudábunt Dóminum qui requírunt eum: *
„Vivant corda eórum in sǽculum sǽculi.“

Reminiscéntur et converténtur ad Dóminum
univérsi fines terræ, *
et adorábunt in conspéctu eius
univérsæ famíliæ géntium.

Quóniam Dómini est regnum, *
et ipse dominábitur géntium.

Ipsum solum adorábunt omnes
qui dórmiunt in terra; *
in conspéctu eius prócident omnes
qui descéndunt in púlverem.

Anima autem mea illi vivet, *
et semen meum sérviet ipsi.

Narrábitur de Dómino generatióni ventúræ, †
et annuntiábunt iustítiam eius
pópulo qui nascétur: *
„Hæc fecit Dóminus.“

Ant. Iúdica causam meam, defénde, quia potens es, Dómine. viij.

LECTIO BREVIS 2 Cor 13,4

Etsi crucifíxus est Christus ex infirmitáte, † sed vivit ex virtúte Dei; * nam et nos infírmi sumus in illo, sed vivémus cum eo ex virtúte Dei.

℣ Adhǽsit púlveri ánima mea.
℟ Vivífica me secúndum verbum tuum, Dómine.


Oratio

Dómine Iesu Christe, qui hora sexta, univérso mundo in ténebris constitúto, pro redemptióne nostra crucis lignum ínnocens ascendísti, * illam nobis lucem semper concéde, † per quam ad ætérnam vitam perveníre mereámur. Qui vivis.


Ad Nonam

Ant.

j. T.



In circú-itu pópuli sui Dóminus,



ex hoc nunc et usque in sǽculum.

Psalmi, ut in dominica, 85.

LECTIO BREVIS Col 3,12-13

Indúite vos, sicut elécti Dei, sancti et dilécti, víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam; † supportántes ínvicem et donántes vobismetípsis, si quis advérsus áliquem habet querélam; * sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos.

℣ Miserátor et miséricors Dóminus.
℟ Longánimis et multæ misericórdiæ.

Oratio


Dómine Iesu Christe, qui pæniténtem latrónem de patíbulo crucis in regnum tuum transíre fecísti, † peccáta nostra confiténtes te cum fidúcia deprecámur, * ut post mortem nos fácias paradísi portas introíre gaudéntes. Qui vivis.


Ad Vesperas

HYMNUS

viij. T.

Plasmátor hóminis, De-us, * qui, cun-





Qui magna rerum córpora,
dictu iubéntis vívida,
ut sérviant per órdinem
subdens dedísti hómini:

Repélle a servis tuis
quicquid per immundítiam
aut móribus se súggerit,
aut áctibus *se* intérserit.

Da gaudiórum præmia,
da gratiárum múnera;
dissólve litis víncula,
astrínge pacis fœdera.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

Ant. 1

j. T.

Inclinávit Dóminus aurem suam mihi. E u o u a e.

Psalmus 114

Gratiarum actio

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.
(Act 14,21)

Diléxi, quóniam exáudit Dóminus *
vocem deprecatiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi, *
cum in diébus meis invocábam.

Circumdedérunt me funes mortis, *
et angústiæ inférni invenérunt me.

Tribulatiónem et dolórem invéni, †
et nomen Dómini invocábam: *
„O Dómine, líbera ánimam meam.“

Mísericors Dóminus et iustus, *
et Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus; *
humiliátus sum, et salvum me fáciet.

Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, *
quia Dóminus benefécit tibi;

quia erípuit ánimam meam de morte, †
óculos meos a lácrimis, *
pedes meos a lapsu.

Ambulábo coram Dómino *
in regióne vivórum.

Ant. 1 Inclinávit Dóminus aurem suam mihi. j.

Ant. 2

8. T.

Sacrificábo hósti- am laudis, et nomen Dómini invocábo. E u o u a e.

Psalmus 115

Gratiarum actio in templo

Per Christum offeramus hostiam laudis semper Deo.
(Hebr 13,15)

Crédidi, étiam cum locútus sum: *
„Ego humiliátus sum nimis."

Ego dixi in trepidatióne mea: *
„Omnis homo mendax."

Quid retríbuam Dómino *
pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam, *
et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam *
coram omni pópulo eius.

Pretiósa in conspéctu Dómini *
mors sanctórum eius.

O Dómine, ego servus tuus, *
ego servus tuus et fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: †
tibi sacrificábo hóstiam laudis, *
et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam *
coram omni pópulo eius,

in átriis domus Dómini, *
in médio tui, Ierúsalem.

Ant. 2 Sacrificábo hóstiam laudis, et nomen Dómini invocábo. 8.

Ant. 3

vij. T.

In Deo salutáre meum, et glória mea in Deo est. E u o u a e.

Psalmus 61

Pax in Deo

Deus spei repleat vos omni pace in credendo. (Rom 15,13)

In Deo tantum quiésce, ánima mea; *
ab ipso enim salutáre meum.

Verúmtamen ipse refúgium meum
et salutáre meum, *
præsídium meum, non movébor ámplius.

Quoúsque irrúitis in hóminem, †
contúnditis univérsi vos, *
tamquam paríetem inclinátum
et macériam depúlsam?

Verúmtamen de excélso suo cogitavérunt depéllere; †
delectabántur mendácio. *
Ore suo benedicébant, et corde suo maledicébant.

In Deo tantum quiésce, ánima mea; *
quóniam ab ipso patiéntia mea.

Verúmtamen ipse Deus meus et salutáre meum, *
præsídium meum, non movébor.

In Deo salutáre meum et glória mea; *
Deus fortitúdinis meæ,
et refúgium meum in Deo est.

Speráte in eo, omnis congregátio pópuli, †
effúndite coram illo corda vestra; *
Deus refúgium nobis.

Verúmtamen vánitas fílii Adam, *
mendácium fílii hóminum.

In statéram si conscéndant, *
super fumum leves sunt omnes.

Nolíte speráre in violéntia, †
et in rapína nolíte vani esse; *
divítiæ si áffluant, nolíte cor appónere.

Semel locútus est Deus, *
duo hæc audívi:

quia potéstas Deo est, †
et tibi, Dómine, misericórdia; *
quia tu reddes unicuíque iuxta ópera sua.

Ant. 3 In Deo salutáre meum, et glória mea in Deo est. vij.

Ant. 4

iv. T.

Omnes gentes quascúmque fecísti, véniént et adorábunt coram te, Dómine.

E u o u a e.

Canticum Ap 15,3-4

Hymnus adorationis

Magna et mirabília sunt ópera tua, *
Dómine Deus omnípotens:

iustæ et veræ sunt viæ tuæ, *
rex sæculórum.

Quis non timébit te, Dómine, *
et magnificábit nomen tuum?

Quia solus pius es, †
quóniam omnes gentes vénient
et adorábunt in conspéctu tuo, *
quóniam iudícia tua manifésta sunt.

Ant. 4 Omnes gentes quascúmque fecísti, vénient et adorábunt coram te, Dómine. iv.

LECTIO BREVIS Rom 15,1-3

Debémus nos firmióres imbecillitátes infirmórum sustinére, et non nobis placére. † Unusquísque vestrum próximo suo pláceat in bonum ad ædificatiónem. * Etenim Christus non sibi plácuit, sed sicut scriptum est: † Impropéria improperántium tibi cecidérunt super me.

RESPONSORIUM BREVE

Christus diléxit nos et lavit nos * In



Ad Magnificat, ant.

vij. T.

Suscépit De- us Isra- el pú- erum su-
um, sicut locútus est Abraham et sémi-
ni eius: et exaltávit húmi- les usque in
sæculum. E u o u a e.

Oratio

Concéde nobis, fámulis tuis, quǽsumus, Dómine, † ut exémplis Fílii tui passiónis instrúcti * ad iugum eius suáve portándum simus semper idónei. Qui tecum vivit.

SABBATO HEBDOMADÆ I

Ad Vigilias

VERSUS INVITATORIUS

Dómini est terra et plenitúdo eius; * Veníte adorémus eum.

HYMNUS

ij. T.

Summæ De-us cleménti- æ * mundíque factor máchinæ, qui trinus almo númine unúsque firmas ómni- a,

Nostros piis cum cánticis
fletus benígne súscipe,
quo corde puro sórdibus
te perfruámur lárgius.

Lumbos adúre cóngruis
tu caritátis ignibus,
accíncti ut adsint pérpetim
tuísque prompti advéntibus,

Ut, quique horas nóctium
nunc concinéndo rúmpimus,
donis beátæ pátriæ
ditémur omnes áffatim.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. 1 Clamor meus ad te véniat, Deus. 1.

Psalmus 101

Exsulis vota et preces

Consolatur nos Deus in omni tribulatione nostra. (2 Cor 1,4)

I

Dómine, exáudi oratiónem meam, *
et clamor meus ad te véniat.

Non abscóndas fáciem tuam a me; †
in quacúmque die tríbulor, *
inclína ad me aurem tuam.

In quacúmque die invocávero te, *
velóciter exáudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei, *
et ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percússum est ut fenum, et áruit cor meum, *
étenim oblítus sum comédere panem meum.

A voce gémitus mei *
adhǽsit os meum carni meæ.

Símilis factus sum pellicáno solitúdinis, *
factus sum sicut nyctícorax in ruínis.

Vigilávi, *
et factus sum sicut passer solitárius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi inimíci mei, *
exardescéntes in me advérsum me iurábant.

Quia cínerem tamquam panem manducábam, *
et potum meum cum fletu miscébam,

a fácie iræ et increpatiónis tuæ, *
quia élevans allisísti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt, *
et ego sicut fenum árui.

Ant. 1 Clamor meus ad te véniat, Deus. 1.

Ant. 2 Tu exsúrgens, Dómine, miseréberis Sion. iv.

II

Tu autem, Dómine, in ætérnum pérmanes, *
et memoriále tuum
in generatiónem et generatiónem.

Tu exsúrgens miseréberis Sion, †
quia tempus miseréndi eius, *
quia venit tempus.

Quóniam placuérunt servis tuis lápides eius, *
et púlveris eius miseréntur.

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, *
et omnes reges terræ glóriam tuam;

quia ædificávit Dóminus Sion, *
et appáruit in glória sua.

Respéxit in oratiónem ínopum, *
et non sprevit precem eórum.

Scribántur hæc pro generatióne áltera, *
et pópulus qui creábitur, laudábit Dóminum.

Quia prospéxit de excélso sanctuário suo, *
Dóminus de cælo in terram aspéxit;

ut audíret gémitus compeditórum, *
ut sólveret fílios mortis;

ut annúntient in Sion nomen Dómini, *
et laudem eius in Ierúsalem;

in conveniéndo pópuli in unum, *
et regna, ut sérviant Dómino.

Humiliávit in via virtútem meam, *
abbreviávit dies meos.

Dicam: „Deus meus, †
ne áuferas me in dimídio diérum meórum; *
in generatiónem et generatiónem sunt anni tui.

Inítio terram fundásti; *
et ópera mánuum tuárum sunt cæli.

Ipsi períbunt, tu autem pérmanes; †
et omnes sicut vestiméntum veteráscent, *
et sicut opertórium mutábis eos, et mutabúntur.

Tu autem idem ipse es, *
et anni tui non defícient.

Fílii servórum tuórum habitábunt, *
et semen eórum in conspéctu tuo firmábitur.“

Ant. 2 Tu exsúrgens, Dómine, miseréberis Sion. iv.

Ant. 3 Confitébor Dómino nimis in ore meo. v.

Psalmus 108

Contra perfidos inimicos

Hic psalmus passionem Domini narrat et miseriam Iudæ proditoris eius. (S. Hieronymus)

Deus laudis meæ, ne tacúeris, *
quia os peccatóris et os dolósi
super me apértum est.

Locúti sunt advérsum me lingua dolósa, †
et sermónibus ódii circumdedérunt me, *
et expugnavérunt me gratis.

Pro dilectióne mea adversabántur mihi; *
ego autem orábam.

Et posuérunt advérsum me mala pro bonis, *
et ódium pro dilectióne mea.

*Constítue super eum peccatórem, *
et adversárius stet a dextris eius.*

Cum iudicátur, éxeat condemnátus, *
et orátio eius fiat in peccátum.

Fiant dies eius pauci, *
et ministérium eius accípiat alter.

Fiant fílii eius órphani, *
et uxor eius vídua.

Instábiles vagéntur fílii eius et mendícent, *
et eiciántur de ruínis suis.

Scrutétur fenerátor omnem substántiam eius, *
et dirípiant aliéni labóres eius.

Non sit qui prǽbeat illi misericórdiam, *
nec sit qui misereátur pupíllis eius.

Fiant nati eius in intéritum, *
in generatióne una deleátur nomen eórum.

In memóriam rédeat iníquitas patrum eius
in conspéctu Dómini, *
et peccátum matris eius non deleátur.

Fiant contra Dóminum semper, *
et dispérdat de terra memóriam eórum.

Pro eo quod non est recordátus
fácere misericórdiam, †
et persecútus est hóminem ínopem et mendícum, *
et compúnctum corde, ut mortificáret.

*Et diléxit maledictiónem: et véniat ei; **
et nóluit benedictiónem: et elongétur ab eo.

Et índuat maledictiónem sicut vestiméntum, †
*et intret sicut aqua in interióra eius, **
et sicut óleum in ossa eius.

*Fiat ei sicut induméntum quo operítur, **
et sicut zona qua semper præcíngitur.

Hæc retribútio eórum
*qui adversántur mihi apud Dóminum, **
et qui loquúntur mala advérsus ánimam meam.

Et tu, Dómine, Dómine, fac mecum
propter nomen tuum, *
quia suávis est misericórdia tua;

líbera me, quia egénus et pauper ego sum, *
et cor meum vulnerátum est intra me.

Sicut umbra cum declínat pertránsii, *
excússus sum sicut locústæ.

Génua mea infirmáta sunt ieiúnio, *
et caro mea contábuit absque óleo.

Et ego factus sum oppróbrium illis, *
vidérunt me et movérunt cápita sua.

Adiuva me, Dómine Deus meus, *
salvum me fac secúndum misericórdiam tuam.

Et sciant quia manus tua hæc; *
tu, Dómine, hoc fecísti.

Maledícant illi, et tu benedícas; †
qui insúrgunt in me, confundántur, *
servus autem tuus lætábitur.

Induántur qui détrahunt mihi pudóre, *
et operiántur sicut diplóide confusióne sua.

Confitébor Dómino nimis in ore meo, *
et in médio multórum laudábo eum,

quia ástitit a dextris páuperis, *
ut salvam fáceret a iudicántibus ánimam eius.

Ant. 3 Confitébor Dómino nimis in ore meo. v.

℣ Veníte, et vidéte ópera Dómini.
℟ Qui pósuit prodígia super terram.

Benedictio A cunctis malis imminéntibus † erípiat nos omnípotens et misericors Dóminus. † ℟ Amen.

IN II NOCTURNO

Ant. 4 A solis ortu usque ad occásum laudábile nomen Dómini. 7.

Psalmus 106

Pro liberatione gratiarum actio

Verbum misit Deus filiis Israel, annuntians pacem per Iesum Christum. (Act 10,36)

I

Confitémini Dómino, quóniam bonus, *
quóniam in sǽculum misericórdia eius.

Dicant qui redémpti sunt a Dómino, *
quos redémit de manu adversárii,

et de regiónibus congregávit eos, †
a solis ortu et occásu, *
ab aquilóne et mari.

Erravérunt in solitúdine, in inaquóso, *
viam civitátis habitatiónis non invenérunt.

Esuriéntes et sitiéntes, *
ánima eórum in ipsis defécit.

Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribularéntur, *
et de necessitátibus eórum erípuit eos.

Et dedúxit eos in viam rectam, *
ut irent in civitátem habitatiónis.

Confiteántur Dómino propter misericórdiam eius, *
et mirabília eius in fílios hóminum;

quia satiávit ánimam sitiéntem, *
et ánimam esuriéntem replévit bonis.

Sedéntes in ténebris et umbra mortis, *
vincti in mendicitáte et ferro,

quia exacerbavérunt elóquia Dei, *
et consílium Altíssimi sprevérunt.

Et humiliávit in labóribus cor eórum, *
infirmáti sunt, nec fuit qui adiuváret.

Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribularéntur, *
et de necessitátibus eórum liberávit eos.

Et edúxit eos de ténebris et umbra mortis, *
et víncula eórum dirúpit.

Confiteántur Dómino propter misericórdiam eius, *
et mirabília eius in fílios hóminum;

quia contrívit portas ǽreas, *
et vectes férreos confrégit.

Ant. 4 A solis ortu usque ad occásum laudábile nomen Dómini. 7.

Ant. 5 De necessitátibus nostris líbera nos, Dómine. v.

II

Stulti facti sunt in via iniquitátis suæ, *
et propter iniustítias suas afflícti sunt.

Omnem escam abomináta est ánima eórum, *
et appropinquavérunt usque ad portas mortis.

Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribularéntur, *
et de necessitátibus eórum liberávit eos.

Misit verbum suum et sanávit eos, *
et erípuit eos de interitiónibus eórum.

Confiteántur Dómino propter misericórdiam eius, *
et mirabília eius in fílios hóminum.

Et sacríficent sacrifícium laudis, *
et annúntient ópera eius in exsultatióne.

Qui descéndunt mare in návibus, *
faciéntes operatiónem in aquis multis.

Ipsi vidérunt ópera Dómini, *
et mirabília eius in profúndo.

Dixit et excitávit spíritum procéllæ, *
et exaltáti sunt fluctus eius.

Ascéndunt usque ad cælos, †
et descéndunt usque ad abýssos; *
ánima eórum in malis tabescébat.

Turbáti sunt et moti sunt sicut ébrius, *
et omnis sapiéntia eórum devoráta est.

Et clamavérunt ad Dóminum cum tribularéntur, *
et de necessitátibus eórum edúxit eos.

Et státuit procéllam eius in auram, *
et tacuérunt fluctus eius.

Et lætáti sunt, quia siluérunt, *
et dedúxit eos in portum voluntátis eórum.

Confiteántur Dómino propter misericórdiam eius, *
et mirabília eius in fílios hóminum.

Et exáltent eum in ecclésia plebis, *
et in convéntu seniórum laudent eum.

Ant. 5 De necessitátibus nostris líbera nos, Dómine. v.

Ant. 6 Invocábimus nomen tuum, Dómine, narrábimus mirabília tua. vj.

III

Pósuit flúmina in desértum, *
et éxitus aquárum in sitim,

terram fructíferam in salsúginem, *
a malítia inhabitántium in ea.

Pósuit desértum in stagna aquárum, *
et terram sine aqua in éxitus aquárum.

Et collocávit illic esuriéntes, *
et constituérunt civitátem habitatiónis.

Et seminavérunt agros et plantavérunt víneas, *
et fecérunt fructum in provéntum suum.

Et benedíxit eis et multiplicáti sunt nimis, *
et iuménta eórum non minorávit.

Et pauci facti sunt, et vexáti sunt *
a tribulatióne malórum et dolóre.

Effúdit contemptiónem super príncipes, *
et erráre fecit eos in desérto ínvio.

Et suscépit páuperem de inópia, *
et pósuit sicut oves famílias.

Vidébunt recti et lætabúntur, *
et omnis iníquitas oppilábit os suum.

Quis sápiens, et custódiet hæc, *
et intélleget misericórdias Dómini?

Ant. 6 Invocábimus nomen tuum, Dómine, narrábimus mirabília tua. vj.

℣ Dómine, véritas tua usque ad nubes.
℟ Iudícia tua abýssus multa.

Benedictio Sapiéntia Dei Patris † nos cæléstibus ínstruat disciplínis. † ℟ Amen.

Ad Laudes matutinas

HYMNUS

ij. T.

Auróra iam spargit polum, * terris di- es illábi- tur, lucis resúltat spículum: di- scédat omne lúbricum.

Iam vana noctis décidant,
mentis reátus súbruat,
quicquid ténebris hórridum
nox áttulit culpæ, cadat,

Ut mane illud últimum,
quod præstolámur cérnui,
in lucem nobis éffluat,
dum hoc canóre cóncrepat.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

Ant. 1

8. T.

Psallam tibi in nati- óni- bus, qui- a magna est super cæ- los misericór-di- a tua.

E u o u a e.

Psalmus 107

Laus Domini et imploratio auxilii

Quia exaltatus est super cœlos Dei Filius, super omnem terram eius gloria prædicatur. (Arnobius)

Parátum cor meum, Deus, †
parátum cor meum, *
cantábo et psallam: Euge, glória mea!

Exsúrge, psaltérium et cíthara, *
excitábo auróram.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine, *
et psallam tibi in natiónibus.

Quia magna est usque ad cælos misericórdia tua, *
et usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cælos, Deus, *
et super omnem terram glória tua.

Ut liberéntur dilécti tui, *
salvum fac déxtera tua et exáudi me.

Deus locútus est in sancto suo: †
„Exsultábo et dívidam Síchimam, *
et convállem Succoth dimétiar;

meus est Gálaad, et meus est Manásses, †
et Ephraim fortitúdo cápitis mei, *
Iuda sceptrum meum.

Moab lebes lavácri mei, †
super Idumǽam exténdam calceaméntum meum, *
in Philistǽam vociferábor."

Quis dedúcet me in civitátem munítam? *
Quis dedúcet me usque in Idumǽam?

Nonne, Deus, qui reppulísti nos? *
Et non exíbis, Deus, in virtútibus nostris?

Da nobis auxílium de tribulátione, *
  quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem, *
  et ipse conculcábit inimícos nostros.

Ant. 1 Psallam tibi in natiónibus, quia magna est super cælos misericórdia tua. 8.

Ant. 2

viij. T.

In veri-táte tua exáudi me, Dómi-ne. E u o u a e.

Psalmus 142

In angustiis oratio

Non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi. (Gal 2,16)

Dómine, exáudi oratiónem meam, †
áuribus pércipe obsecratiónem meam
    in veritáte tua; *
  exáudi me in tua iustítia.

Et non intres in iudícium cum servo tuo, *
quia non iustificábitur
in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam, †
contrívit in terra vitam meam, *
collocávit me in obscúris sicut mórtuos a sǽculo.

Et anxiátus est in me spíritus meus, *
in médio mei obríguit cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, †
meditátus sum in ómnibus opéribus tuis, *
in factis mánuum tuárum recogitábam.

Expándi manus meas ad te, *
ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me, Dómine; *
defécit spíritus meus.

Non abscóndas fáciem tuam a me, *
ne símilis fiam descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam, *
quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem, *
quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, *
Dómine, ad te confúgi.

Doce me fácere beneplácitum tuum, †
quia Deus meus es tu. *
Spíritus tuus bonus dedúcat me in terram rectam.

Propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me; *
in iustítia tua edúces de tribulatióne ánimam meam:

et in misericórdia tua dispérdes inimícos meos, †
*et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam, **
quóniam ego servus tuus sum.


Ant. 2 In veritáte tua exáudi me, Dómine. viij.

Ant. 3


7. T.



F orti-túdo me-a et laus me-a Dómi-



nus, exaudívit vocem me-am et factus est



mihi in salútem. E u o u a e.

Canticum Ex 15,1-4a.8-13.17-18

Hymnus victoriæ post transitum maris Rubri

Qui vicerunt bestiam, cantabant canticum Moysi, servi Dei.
(cf. Ap 15,2-3)

Cantémus Dómino: †
gloriόse enim magnificátus est, *
equum et ascensórem deiécit in mare.

Fortitúdo mea et robur meum Dóminus, *
et factus est mihi in salútem.

Iste Deus meus, et glorificábo eum; *
Deus patris mei, et exaltábo eum!

Dóminus quasi vir pugnátor; †
Iahveh nomen eius! *
Currus pharaónis et exércitum eius proiécit in mare.

Et in spíritu furóris tui congregátæ sunt aquæ; †
stetit ut agger unda fluens, *
coagulátæ sunt abýssi in médio mari.

Dixit inimícus: „Pérsequar, comprehéndam, *
dívidam spólia, implébitur ánima mea:

evaginábo gládium meum, *
interfíciet eos manus mea!“

Flavit spíritus tuus, et opéruit eos mare; *
submérsi sunt quasi plumbum
in aquis veheméntibus.

Quis símilis tui in diis, Dómine? *
Quis símilis tui, magníficus in sanctitáte,

terríbilis atque laudábilis, faciens mirabília? *
Extendísti manum tuam, devorávit eos terra.

Dux fuísti in misericórdia tua *
pópulo, quem redemísti,

et portásti eum in fortitúdine tua *
ad habitáculum sanctum tuum.

Introdúces eos et plantábis in monte hereditátis tuæ, *
firmíssimo habitáculo tuo,
quod operátus es, Dómine,

sanctuário, Dómine, quod firmavérunt manus tuæ. *
Dóminus regnábit in ætérnum et ultra!

Ant. 3 Fortitúdo mea et laus mea Dóminus, exaudívit vocem meam et factus est mihi in salútem. 7.

Ant. 4

8. T.

De-o nostro iucúnda sit laudáti- o.

E u o u a e.

Psalmus 146

Domini potentia et bonitas

Te Deum laudamus, te Dominum confitemur.

Laudáte Dóminum,
quóniam bonum est psállere Deo nostro, *
quóniam iucúndum est celebráre laudem.

Ædíficans Ierúsalem, Dóminus, *
dispérsos Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde, *
et álligat plagas eórum;

qui númerat multitúdinem stellárum, *
et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magnus virtúte, *
sapiéntiæ eius non est númerus.

Susténtat mansuétos Dóminus, *
humílians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne, *
psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cælum núbibus, *
et parat terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fenum, *
et herbam serviéntibus hómini.

Qui dat iuméntis escam ipsórum, *
et pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi delectátur, *
nec in tíbiis viri beneplácitum est ei.

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum, *
et in eis qui sperant super misericórdia eius.

Ant. 4 Deo nostro iucúnda sit laudátio. 8.

LECTIO BREVIS 2 Petr 1,10-11

Fratres, magis satágite, ut per bona ópera certam vestram vocatiónem et electiónem faciátis; † hæc enim faciéntes, non peccábitis aliquándo. * Sic enim abundánter ministrábitur vobis intróitus in ætérnum regnum Dómini nostri et Salvatóris Iesu Christi.

RESPONSORIUM BREVE

C lamávi ad te, Dómine: * Tu es refú- gi- um me-um. Clamávi. ℣. Pórti- o me-a in terra vivénti- um. * Tu.

Ad Benedictus, ant.

viij. T. I llumináre, Dómine, his qui in ténebris sedent, et dírige pedes nostros in vi- am pa- cis, De-us Is-ra-el. E u o u a e.

Oratio

Corda nostra, quǽsumus, Dómine, resurrectiónis splendor illústret, † quo mortis ténebris carére valeámus, et ad claritátem perveniámus ætérnam. Per Dóminum.

Ad Tertiam

Ant.

v. T.

Dóminus custódi- at intró- itum tuum et éx- itum tuum. E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 77.

LECTIO BREVIS 1 Reg 8,60-61

Sciant omnes pópuli terræ quia Dóminus ipse est Deus, et non est ultra absque eo. † Sit quoque cor nostrum perféctum cum Dómino Deo nostro, * ut ambulémus in decrétis eius et custodiámus mandáta eius.

℣ Deus meus, sémitas tuas édoce me.
℟ Dírige me in veritáte tua.

Oratio

Dómine Deus, Pater omnípotens, nobis maiestáti tuæ subiéctis Sancti Spíritus lumen infúnde, † ut ab omni hoste secúri, in tua iúgiter laude lætémur. Per Christum.

Ad Sextam

Ant.

8. T.

Psalmus 118

VII

Memor esto verbi tui servo tuo, *
in quo mihi spem dedísti.

Hoc me consolátum est in humiliatióne mea, *
quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi derisérunt me veheménter; *
a lege autem tua non declinávi.

Memor fui iudiciórum tuórum a sæculo, Dómine, *
et consolátus sum.

Indignátio ténuit me *
propter peccatóres derelinquéntes legem tuam.

Cántica factæ sunt mihi iustificatiónes tuæ *
in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui, Dómine, *
et custódiam legem tuam.

Hoc factum est mihi, *
quia mandáta tua servávi.

VIII

Pórtio mea Dóminus: *
dixi custodíre verba tua.

Deprecátus sum fáciem tuam in toto corde meo; *
miserére mei secúndum elóquium tuum.

Cogitávi vias meas, *
et convérti pedes meos in testimónia tua.

Festinávi et non sum morátus, *
ut custódiam præcépta tua.

Funes peccatórum circumpléxi sunt me, *
et legem tuam non sum oblítus.

Média nocte surgébam ad confiténdum tibi *
super iudícia iustítiæ tuæ.

Párticeps ego sum ómnium timéntium te *
et custodiéntium mandáta tua.

Misericórdia tua, Dómine, plena est terra; *
iustificatiónes tuas doce me.

IX

Bonitátem fecísti cum servo tuo, Dómine, *
secúndum verbum tuum.

Bonitátem et prudéntiam et sciéntiam doce me, *
quia præcéptis tuis crédidi.

Priúsquam humiliárer ego errávi; *
nunc autem elóquium tuum custódiam.

Bonus es tu et benefáciens, *
doce me iustificatiónes tuas.

Excogitavérunt contra me dolósa supérbi, *
ego autem in toto corde meo servábo mandáta tua.

Incrassátum est sicut adeps cor eórum, *
ego vero in lege tua delectátus sum.

Bonum mihi quia humiliátus sum, *
ut discam iustificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, *
super mília auri et argénti.

Ant. Cogitávi vias meas et convérti pedes meos in testimónia tua. 8.

LECTIO BREVIS Ier 17,9-10

Pravum est cor ómnium et inscrutábile; † quis cognóscet illud? * Ego Dóminus scrutans cor et probans renes, † qui do unicuíque iuxta viam suam et iuxta fructum adinventiónum suárum.

℣ Ab occúltis meis munda me, Dómine.
℟ Et a supérbia custódi servum tuum.

Oratio

Concéde nobis, Dómine, lux ardens caritátis ætérnæ, † ut tua semper caritáte fervéntes, * te super ómnia et fratres propter te uno diligámus amóre. Per Christum.

Ad Nonam

Ant.

j. T.

Adiutóri- um nostrum in nómine Dómini. E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 85.

LECTIO BREVIS Sap 7,27a; 8,1

Sapiéntia Dei cum sit una, ómnia potest; † et in se pérmanens ómnia ínnovat. * Attíngit a fine usque ad finem fórtiter, et dispónit ómnia suáviter.

℣ Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine.
℟ Nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

Oratio

Exáudi nos, Dómine, et præsta pacem, quam pétimus, consummátam, * ut cunctis diébus vitæ nostræ tibi cum iucunditáte vacántes, † beáta María Vírgine intercedénte, ad te secúri perveníre mereámur. Per Christum.



HEBDOMADA II

DOMINICA
Ad I Vesperas

HYMNUS

viij. T.

Rerum, De-us fons ómni- um, * qui, rebus actis ómnibus, totí- us orbis ámbi- tum censu replésti múnerum,

Ac, mole tanta cóndita,
tandem quiétem díceris
sumpsísse, dans labóribus
ut nos levémur grátius:

Concéde nunc mortálibus
deflére vitæ crímina,
instáre iam virtútibus
et munerári prósperis,

Ut cum treméndi iúdicis
horror suprémus cóeperit,
lætémur omnes ínvicem
pacis repléti múnere.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

Ant. 1

ij. T.

Consérva me, Dómine, quóni- am in te spe- rávi. E u o u a e.

Psalmus 15

Dominus pars hereditatis meæ

Deus suscitavit Iesum, solutis doloribus inferni. (Act 2,24)

Consérva me, Deus, *
quóniam sperávi in te.

Dixi Dómino: „Dóminus meus es tu, *
bonum mihi non est sine te.“

In sanctos qui sunt in terra, ínclitos viros, *
omnis volúntas mea in eos.

Multiplicántur dolóres eórum *
qui post deos aliénos acceleravérunt.

Non effúndam libatiónes eórum de sanguínibus, *
neque assúmam nómina eórum in lábiis meis.

Dóminus pars hereditátis meæ et cálicis mei: *
tu es qui détines sortem meam.

Funes cecidérunt mihi in præcláris; *
ínsuper et heréditas mea speciósa est mihi.

Benedícam Dóminum qui tríbuit mihi intelléctum; *
ínsuper et in nóctibus erudiérunt me renes mei.

Proponébam Dóminum in conspéctu meo semper, *
quóniam a dextris est mihi, non commovébor.

Propter hoc lætátum est cor meum, †
et exsultavérunt præcórdia mea; *
ínsuper et caro mea requiéscet in spe.

Quóniam non derelínques ánimam meam
in inférno, *
nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.


Notas mihi fácies vias vitæ, †
plenitúdinem lætítiæ cum vultu tuo, *
delectatiónes in déxtera tua usque in finem.

Ant. 1 Consérva me, Dómine, quoniam in te sperávi. ij.

Ant. 2

vj. T.

Benedícite, gentes, Deum nostrum.



E u o u a e.

Psalmus 65

Hymnus ad sacrificium gratiarum actionis

De resurrectione Domini et conversione gentium. (Hesychius)

I

Iubiláte Deo, omnis terra, †
psalmum dícite glóriæ nóminis eius, *
glorificáte laudem eius.

Dícite Deo: „Quam terribília sunt ópera tua. *
Præ multitúdine virtútis tuæ
blandiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te et psallat tibi, *
psalmum dicat nómini tuo.“

Veníte, et vidéte ópera Dei, *
terríbilis in adinventiónibus super fílios hóminum.

Convértit mare in áridam, †
et in flúmine pertransíbunt pede; *
ibi lætábimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in ætérnum, †
óculi eius super gentes respíciunt; *
rebélles non exalténtur in semetípsis.

Benedícite, gentes, Deum nostrum, *
et audítam fácite vocem laudis eius;

qui pósuit ánimam nostram ad vitam, *
et non dedit in commotiónem pedes nostros.

Quóniam probásti nos, Deus; *
igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxísti nos in láqueum, *
posuísti tribulatiónes in dorso nostro.

Imposuísti hómines super cápita nostra, †
transívimus per ignem et aquam, *
et eduxísti nos in refrigérium.

Ant. 2 Benedícite, gentes, Deum nostrum. vj.

Ant. 3

viij. T.

V ení-te, audí-te, narrábo, quan ta fe-cit Dóminus ánimæ me-æ.

E u o u a e.

II

Introíbo in domum tuam in holocáustis; *
reddam tibi vota mea,

quæ protulérunt lábia mea, *
et locútum est os meum in tribulatióne mea.

Holocáusta medulláta ófferam tibi
cum incénso aríetum, *
ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, †
et narrábo, omnes qui timétis Deum, *
quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi, *
et exaltávi in lingua mea.

Iniquitátem si aspéxi in corde meo, *
non exáudiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus, *
atténdit voci deprecatiónis meæ.

Benedíctus Deus, qui non amóvit oratiónem meam *
et misericórdiam suam a me.

Ant. 3 Veníte, audíte, narrábo, quanta fecit Dóminus ánimæ meæ. viij.

Ant. 4

7. T.

Iesus Naza-rénus Rex Iudæó-rum, Imperátor cæli et Dóminus domi- nánti- um.

E u o u a e.

Canticum Phil 2,6-11

De Christo servo Dei

Christus Iesus, cum in forma Dei esset, *
non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo,

sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, †
in similitúdinem hóminum factus *
et hábitu invéntus ut homo.

Humiliávit semetípsum †
factus obœdiens usque ad mortem, *
mortem autem crucis.

Propter quod et Deus exaltávit illum †
et donávit illi nomen, *
quod est super omne nomen,

ut in nómine Iesu omne genu flectátur *
cæléstium, terréstrium et infernórum,

et omnis lingua confiteátur *
quia Dóminus Iesus Christus
in glória est Dei Patris.

Ant. 4 Iesus Nazarénus Rex Iudæórum, Imperátor cæli et Dóminus dominántium. 7.

LECTIO BREVIS Col 1,3-6a

Grátia vobis et pax a Deo Patre nostro et Dómino Iesu Christo. † Grátias ágimus Deo et Patri Dómini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orántes, audiéntes fidem vestram in Christo Iesu et dilectiónem quam habétis in sanctos omnes, * propter spem quæ repósita est vobis in cælis, quam audístis in verbo veritátis Evangélii, quod pervénit ad vos, † sicut et in univérso mundo est, et fructíficat et crescit, sicut in vobis.

RESPONSORIUM BREVE

A solis ortu usque ad occásum * Laudábi- le nomen Dómini. A solis. ℣. Super cælos glóri- a eius. * Laudábi- le.

Ant. ad Magnificat et oratio de dominica currente.

Ad Vigilias

VERSUS INVITATORIUS

Adorémus Dóminum * Qui fecit nos.

HYMNUS

vij. T.

Médi- æ noctis tempus est; * prophéti-
ca vox ádmonet dicámus laudes ut De- o
Patri semper ac Fí- li- o,

Sancto quoque Spirítui:
perfécta enim Trínitas
uniúsque substántiæ
laudánda nobis semper est.

Terrórem tempus hoc habet,
quo, cum vastátor ángelus
Ægýpto mortem íntulit,
delévit primogénita.

Hæc iustis hora salus est,
quos tunc ibídem ángelus
ausus puníre non erat,
signum formídans sánguinis.

Ægýptus flebat fórtiter
tantórum diro fúnere;
solus gaudébat Israel
agni protéctus sánguine.

Nos verus Israel sumus:
lætámur in te, Dómine,
hostem spernéntes et malum,
Christi defénsi sánguine.

Dignos nos fac, rex óptime,
futúri regni glória,
ut mereámur láudibus
ætérnis te concínere. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. 1 Omnis qui invocáverit nomen Dómini, salvus erit. ij.

Psalmus 19

Oratio pro regis victoria

Quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit. (Act 2,21)

Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis, *
prótegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxílium de sancto, *
et de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrifícii tui, *
et holocáustum tuum pingue hábeat.

Tríbuat tibi secúndum cor tuum, *
et omne consílium tuum adímpleat.

Lætábimur in salutári tuo, †
et in nómine Dei nostri levábimus signa; *
ímpleat Dóminus omnes petitiónes tuas.

Nunc cognóvi, quóniam salvum fecit Dóminus
christum suum: †
exaudívit illum de cælo sancto suo, *
in virtútibus salútis déxteræ eius.

Hi in cúrribus et hi in equis, *
nos autem nomen Dómini Dei nostri invocávimus.

Ipsi incurváti sunt et cecidérunt, *
nos autem surréximus et erécti sumus.

Dómine, salvum fac regem, *
  et exáudi nos in die qua invocavérimus te.

Ant. 1 Omnis qui invocáverit nomen Dómini, salvus erit. ij.

Ant. 2 Dómine, in virtúte tua lætábitur rex. viij.

Psalmus 20

Gratiarum actio pro regis victoria

Accepit vitam, ut resurgeret, et longitudinem dierum in sæculum sæculi. (S. Irenæus)

Dómine, in virtúte tua lætábitur rex, *
  et super salutáre tuum exsultábit veheménter.

Desidérium cordis eius tribuísti ei, *
  et voluntátem labiórum eius non denegásti.

Quóniam prævenísti eum
    in benedictiónibus dulcédinis; *
  posuísti in cápite eius corónam de auro puríssimo.

Vitam pétiit a te, et tribuísti ei, *
  longitúdinem diérum in sǽculum,
    et in sǽculum sǽculi.

Magna est glória eius in salutári tuo, *
  magnificéntiam et decórem impónes super eum;

quóniam pones eum benedictiónem
in sǽculum sǽculi, *
lætificábis eum in gáudio ante vultum tuum.

Quóniam rex sperat in Dómino, *
et in misericórdia Altíssimi non commovébitur.

*Invéniet manus tua omnes inimícos tuos, **
déxtera tua invéniet qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus tui: †
*Dóminus in ira sua deglútiet eos, **
et devorábit eos ignis.

*Fructum eórum de terra perdes, **
et semen eórum de fíliis hóminum.

*Quóniam intendérunt in te mala, **
cogitavérunt consília: nihil potuérunt.

*Quóniam pones eos dorsum, **
arcus tuos tendes in vultum eórum.

Exaltáre, Dómine, in virtúte tua; *
cantábimus et psallémus virtútes tuas.

Ant. 2 Dómine, in virtúte tua lætábitur rex. viij.

Ant. 3 Diffúsa est grátia in lábiis tuis, proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. 1.

Psalmus 44

Regis nuptiæ

Ecce Sponsus venit; exite obviam ei. (Mt 25,6)

Eructávit cor meum verbum bonum, †
dico ego ópera mea regi. *
Lingua mea cálamus scribæ velóciter scribéntis.

Speciósus forma es præ fíliis hóminum, †
diffúsa est grátia in lábiis tuis, *
proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo
super femur tuum, potentíssime, *
splendóre tuo et ornátu tuo próspere procéde,

currum ascénde propter veritátem
et mansuetúdinem et iustítiam. *
Et sagittábit pro te mirabíliter déxtera tua:

sagíttæ tuæ acútæ †
– pópuli sub te cadent – *
in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi; *
sceptrum æquitátis sceptrum regni tui.

Dilexísti iustítiam et odísti iniquitátem, †
proptérea unxit te Deus, Deus tuus, *
óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha et áloë et cásia ómnia vestiménta tua, *
e dómibus ebúrneis chordæ delectavérunt te.

Fíliæ regum inter honorátas tuas; *
ástitit regína a dextris tuis ornáta auro ex Ophir.

Audi, fília, et vide, †
et inclína aurem tuam, *
et oblivíscere pópulum tuum et domum patris tui;

et concupíscet rex spéciem tuam. *
Quóniam ipse est dóminus tuus, et adóra eum.

Fíliæ Tyri cum munéribus; *
vultum tuum deprecabúntur dívites plebis.

Gloriósa nimis fília regis intrínsecus, *
textúris áureis circumamícta.

In véstibus variegátis adducétur regi; *
vírgines post eam, próximæ eius, afferúntur tibi.

Afferúntur in lætítia et exsultátione, *
adducúntur in domum regis.

Pro pátribus tuis erunt tibi fílii; *
constítues eos príncipes super omnem terram.

Memor ero nóminis tui *
  in omni generatióne et generatióne;
proptérea pópuli confitebúntur tibi *
  in ætérnum, et in sǽculum sǽculi.

Ant. 3 Diffúsa est grátia in lábiis tuis, proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. 1.

℣ Vestri beáti óculi quia vident.
℟ Et aures vestræ quia áudiunt.

Benedictio Benedícat nos Pater † et custódiat semper. † ℟ Amen.

IN II NOCTURNO

Ant. 4 Dóminus regit me, et nihil mihi déerit: in loco páscuæ ibi me collocávit. vij.

Psalmus 22

Pastor bonus

Agnus reget illos et deducet eos ad vitæ fontes aquarum.
(Ap 7,17)

Dóminus pascit me, et nihil mihi déerit: *
in páscuis viréntibus me collocávit,

super aquas quiétis edúxit me, *
ánimam meam refécit.

Dedúxit me super sémitas iustítiæ *
propter nomen suum.

Nam et si ambulávero in valle umbræ mortis,
non timébo mala, *
quóniam tu mecum es.

Virga tua et báculus tuus *
ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam *
advérsus eos qui tríbulant me;

impinguásti in óleo caput meum, *
et calix meus redúndat.

Etenim benígnitas et misericórdia subsequéntur me *
ómnibus diébus vitæ meæ,

et inhabitábo in domo Dómini *
in longitúdinem diérum.

Ant. 4 Dóminus regit me, et nihil mihi déerit: in loco páscuæ ibi me collocávit. vij.

Ant. 5 Elevámini, portæ ætérnales, et introíbit rex glóriæ. v.

Psalmus 23

Domini in templum adventus

Christo apertæ sunt portæ cæli propter carnalem eius assumptionem. (S. Irenæus)

Dómini est terra et plenitúdo eius, *
orbis terrárum et qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum, *
et super flúmina firmávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini, *
aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens mánibus et mundo corde, †
qui non accépit in vanum nomen eius, *
nec iurávit in dolum.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino, *
et iustificatiónem a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, *
quæréntium fáciem Dei Iacob.

Attóllite, portæ, cápita vestra, †
et elevámini, portæ æternáles, *
et introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? *
  Dóminus fortis et potens,
    Dominus potens in prœlio.

Attóllite, portæ, cápita vestra, †
  et elevámini, portæ æternáles, *
  et introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? *
  Dóminus virtútum ipse est rex glóriæ.

Ant. 5 Elevámini, portæ æternáles, et introíbit rex glóriæ. v.

Ant. 6 Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hereditáti tuæ. 4.

Psalmus 27

Supplicatio et gratiarum actio

Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. (Io 11,41)

Ad te, Dómine, clamábo; *
  Deus meus, ne síleas a me.

Nequándo táceas a me, *
  et assimilábor descendéntibus in lacum.

Exáudi vocem deprecatiónis meæ, dum clamo ad te, *
dum extóllo manus meas
ad templum sanctum tuum.

Ne simul trahas me cum peccatóribus, *
et cum operántibus iniquitátem.

Qui loquúntur pacem cum próximo suo, *
mala autem in córdibus eórum.

*Da illis secúndum ópera eórum, **
et secúndum nequítiam adinventiónum ipsórum.

*Secúndum opus mánuum eórum tríbue illis, **
redde retributiónem eórum ipsis.

Quóniam non intellexérunt ópera Dómini, †
*et opus mánuum eius, **
déstruet illos et non ædificábit eos.

Benedíctus Dóminus, †
quóniam exaudívit vocem deprecatiónis meæ; *
Dóminus adiútor meus et protéctor meus,

in ipso sperávit cor meum et adiútus sum, †
et exsultávit cor meum, *
et in cántico meo confitébor ei.

Dóminus fortitúdo plebi suæ, *
et refúgium salvatiónum christi sui est.

Salvum fac pópulum tuum,
et bénedic hereditáti tuæ, *
et pasce eos et extólle illos usque in ætérnum.

Ant. 6 Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hereditáti tuæ. 4.

℣ Vivus est sermo Dei et éfficax.
℟ Et penetrabílior omni gládio ancípiti.

Benedictio Spíritus Sancti grátia † illúminet sensus et corda nostra. † ℟ Amen.

IN III NOCTURNO

Ad Cantica, ant. Allelúia, allelúia, allelúia. viij.

Canticum I — Is 33,2-10

Oratio fiduciæ in miseria

In Christo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi. (Col 2,3)

Dómine, miserére nostri,
te enim exspectávimus; †
esto brácchium nostrum in mane *
et salus nostra in témpore tribulatiónis.

A voce fragóris fugérunt pópuli, *
ab exaltatióne tua dispérsæ sunt gentes.

Et congregabúntur spólia sicut collígitur bruchus, *
sicut discúrrunt locústæ, ad ea discúrritur.

Sublímis est Dóminus, quóniam hábitat in excélso; *
implet Sion iudício et iustítia.

Et erit fírmitas in tempóribus tuis; †
divítiæ salútis sapiéntia et sciéntia: *
timor Dómini ipse est thesáurus eius.

Ecce præcónes clamábunt foris, *
ángeli pacis amáre flebunt.

Dissipátæ sunt viæ, cessávit tránsiens per sémitam; †
írritum fecit pactum, *
reiécit testes, non reputávit hómines.

Luget et elanguéscit terra, *
confúsus est Líbanus et obsórduit,

et factus est Saron sicut desértum, *
et exaruérunt Basan et Carmélus.

Nunc consúrgam, dicit Dóminus, *
nunc exaltábor, nunc sublevábor.

Canticum II Is 33,13-16

Deus iudicabit in iustitia

Vobis est repromissio et filiis vestris et omnibus qui longe sunt.
(Act 2,39)

Audíte, qui longe estis, quæ fécerim, *
 et cognóscite, vicíni, fortitúdinem meam.

Contérriti sunt in Sion peccatóres, *
 possédit tremor ímpios.

Quis póterit habitáre de vobis cum igne devoránte? *
 Quis habitábit ex vobis cum ardóribus sempitérnis?

Qui ámbulat in iustítiis *
 et lóquitur æquitátes,

qui réicit lucra ex rapínis *
 et éxcutit manus suas ne múnera accípiat,

qui obtúrat aures suas ne áudiat sánguinem *
 et claudit óculos suos ne vídeat malum,

iste in excélsis habitábit, *
 muniménta saxórum refúgium eius;

panis ei datus est, *
 aquæ eius fidéles sunt.

Canticum III Sir 36,14-19

Oratio pro populo Dei

Hæc est vita æterna: ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti, Iesum Christum. (Io 17,3)

Miserére plebi tuæ, super quam
invocátum est nomen tuum, *
et Israel, quem coæquásti primogénito tuo.

Miserére civitáti sanctificatiónis tuæ, *
Ierúsalem, civitáti requiéi tuæ.

Reple Sion inenarrabílibus verbis tuis, *
et glória tua pópulum tuum.

Da testimónium his, qui ab inítio creatúræ tuæ sunt, *
et súscita prædicatiónes, quas locúti sunt
in nómine tuo prophétæ prióres.

Da mercédem sustinéntibus te, *
ut prophétæ tui fidéles inveniántur;

et exáudi oratiónes servórum tuórum †
secúndum benedictiónem Aaron de pópulo tuo, *
et dírige nos in viam iustítiæ,

et sciant omnes, qui hábitant terram, *
quia tu es Deus conspéctor sæculórum.

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. viij.

Ad Laudes matutinas

HYMNUS

viij. T.

Ec- ce iam noctis * tenu- átur umbra,

lucis auróra rúti- lans corúscat, nísibus to-

tis rogi- témus omnes cunctipoténtem,

Ut Deus, nostri miserátus, omnem
pellat angórem, tríbuat salútem,
donet et nobis pietáte patris
regna polórum.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris ac Nati, paritérque Sancti
Spíritus, cuius résonat per omnem
glória mundum. Amen.

Ant. 1

vij. T.

Iubi-láte De-o in vo- ce exsultati-ónis, allelúia. E u o u a e.

Psalmus 46

Dominus universorum rex

Sedet ad dexteram Patris, et regni eius non erit finis.
(cf. Symbolum Nicænoconstantinopolitanum)

Omnes gentes, pláudite mánibus, *
iubiláte Deo in voce exsultatiónis.

Quóniam Dóminus Altíssimus, terríbilis, *
rex magnus super omnem terram.

Subiécit pópulos nobis, *
et gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hereditátem nostram, *
glóriam Iacob quem diléxit.

Ascéndit Deus in iúbilo, *
et Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo, psállite; *
psállite regi nostro, psállite.

Quóniam rex omnis terræ Deus, *
psállite sapiénter.

Regnávit Deus super gentes, *
Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt *
cum pópulo Dei Abraham,

quóniam Dei sunt scuta terræ: *
veheménter elevátus est.

Ant. 1 Iubiláte Deo in voce exsultátionis, allelúia. vij.

Ant. 2

v. T.

Psálli-te, sancti eius, Dómino, et confi-témi-ni memóri- æ sancti-tátis eius, allelúia. E u o u a e.

Psalmus 29

Gratiarum actio pro liberatione a morte

Christus post resurrectionem gloriosam Patri gratias agit.
(Cassiodorus)

Exaltábo te, Dómine, quóniam extraxísti me, *
nec delectásti inimícos meos super me.

Dómine Deus meus, clamávi ad te, *
et sanásti me.

Dómine, eduxísti ab inférno ánimam meam, *
vivificásti me, ut non descénderem in lacum.

Psállite Dómino, sancti eius, *
et confitémini memóriæ sanctitátis eius.

Quóniam ad moméntum indignátio eius, *
et per vitam volúntas eius.

Ad vésperum demorátur fletus, *
ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in securitáte mea: *
„Non movébor in ætérnum.“

Dómine, in voluntáte tua *
præstitísti monti meo virtútem;

avertísti fáciem tuam a me, *
et factus sum conturbátus.

Ad te, Dómine, clamábam, *
et ad Deum meum deprecábar.

Quæ utílitas in sánguine meo, *
dum descéndo in corruptiónem?

Numquid confitébitur tibi pulvis, *
aut annuntiábit veritátem tuam?

Audi, Dómine, et miserére mei, *
Dómine, esto mihi adiútor.

Convertísti planctum meum in choros mihi, *
conscidísti saccum meum, et accinxísti me lætítia,

ut cantet tibi glória mea, et non táceat. *
Dómine Deus meus, in ætérnum confitébor tibi.

Ant. 2 Psállite, sancti eius, Dómino, et confitémini memóriæ sanctitátis eius, allelúia. v.

Ant. 3

viij. T.

Hymnum dicámus Dómi- no De- o nos- tro, allelúia. E u o u a e.

Canticum Dan 3,52-57

Omnis creatura laudet Dominum

Laudem dicite Deo nostro, omnes servi eius. (Ap 19,5)

Benedíctus es, Dómine Deus patrum nostrórum, *
et laudábilis et superexaltátus in sǽcula;

et benedíctum nomen glóriæ tuæ sanctum, *
et superlaudábile et superexaltátum in sǽcula.

Benedíctus es in templo sancto glóriæ tuæ, *
et superlaudábilis et supergloriósus in sǽcula.

Benedíctus es in throno regni tui, *
et superlaudábilis et superexaltátus in sǽcula.

Benedíctus es, qui intuéris abýssos †
sedens super chérubim, *
et laudábilis et superexaltátus in sǽcula.

Benedíctus es in firmaménto cæli, *
et laudábilis et gloriósus in sǽcula.

Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino; *
laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.

Ant. 3 Hymnum dicámus Dómino Deo nostro, allelúia. viij.

Ant. 4



Psalmus 148

Præconium Domini creatoris

Sedenti in throno et Agno: benedictio et honor et gloria et potestas in sæcula sæculorum. (Ap 5,13)

Laudáte Dóminum de cælis, *
laudáte eum, in excélsis.

Laudáte eum, omnes ángeli eius, *
laudáte eum, omnes virtútes eius.

Laudáte eum, sol et luna, *
laudáte eum, omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum, cæli cælórum, *
et aquæ omnes quæ super cælos sunt.

Laudent nomen Dómini, *
quia ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sǽculum sǽculi; *
praecéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, *
dracónes et omnes abýssi,

ignis, grando, nix, fumus, *
spíritus procellárum qui facit verbum eius,

montes et omnes colles, *
ligna fructífera et omnes cedri,

béstiæ et univérsa pécora, *
serpéntes et vólucres pennátæ.

Reges terræ et omnes pópuli, *
príncipes et omnes iúdices terræ,

iúvenes et vírgines, *
senes cum iunióribus,

laudent nomen Dómini, *
quia exaltátum est nomen eius solíus.

Conféssio eius super cælum et terram, *
et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius, *
fíliis Israel, pópulo qui propínquus est ei.

Ant. 4 Laudáte Dóminum de cælis, allelúia. 1.

LECTIO BREVIS Ez 36,25-27

Effúndam super vos aquam mundam, et mundabímini ab ómnibus inquinaméntis vestris, † et ab univérsis idólis vestris mundábo vos. * Et dabo vobis cor novum, et spíritum novum ponam in médio vestri, et áuferam cor lapídeum de carne vestra, † et dabo vobis cor cárneum; * et spíritum meum ponam in médio vestri, † et fáciam ut in præcéptis meis ambulétis, et iudícia mea custodiátis et operémini.

RESPONSORIUM BREVE

Confi-tébimur tibi, De-us, * Et invocábimus nomen tuum. Confi-tébimur. ℣. Narrábimus mirabí- li- a tua. * Et.

Ant. ad Benedictus et oratio de dominica currente.

Ad Tertiam

Ant.

ij. T.

A lle- lúia, allelúia, alle- lúia,

allelúia. E u o u a e.

Psalmus 125

Gaudium et spes in Deo

Sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis.
(2 Cor 1,7)

In converténdo Dóminus captivitátem Sion, *
facti sumus quasi somniántes.

Tunc replétum est gáudio os nostrum, *
et lingua nostra exsultatióne.

Tunc dicébant inter gentes: *
„Magnificávit Dóminus fácere cum eis.“

Magnificávit Dóminus fácere nobíscum; *
facti sumus lætántes.

Convérte, Dómine, captivitátem nostram, *
sicut torréntes in Austro.

Qui séminant in lácrimis, *
in exsultatióne metent.

Eúntes ibant et flebant, *
semen spargéndum portántes;

veniéntes autem vénient in exsultátione, *
portántes manípulos suos.

Psalmus 126

Vanus labor sine Domino

Dei ædificatio estis. (1 Cor 3,9)

Nisi Dóminus ædificáverit domum, *
in vanum labórant qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, *
frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere, †
et sero quiéscere, et manducáre panem labóris. *
Verúmtamen dabit ipse diléctis suis duplícia.

Ecce heréditas Dómini, fílii, *
merces fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis, *
  ita fílii iuventútis.

Beátus vir qui implévit pháretram suam ex ipsis; *
  non confundétur,
    cum loquétur inimícis suis in porta.

Psalmus 127

Pax domestica in Domino

„Benedicat te Dominus ex Sion", id est: ex Ecclesia sua.
(Arnobius)

Beátus omnis qui timet Dóminum, *
  qui ámbulat in viis eius.

Labóres mánuum tuárum manducábis, *
  beátus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis fructífera *
  in latéribus domus tuæ;

fílii tui sicut novéllæ olivárum *
  in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo, *
  qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion, *
  et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ;

et vídeas fílios filiórum tuórum. *
Pax super Israel.

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. ij.

LECTIO BREVIS Rom 5,1-2.5

Iustificáti ex fide, pacem habeámus ad Deum per Dóminum nostrum Iesum Christum, † per quem et habémus accéssum per fidem in grátiam istam, in qua stamus, et gloriámur in spe glóriæ filiórum Dei. * Spes autem non confúndit, † quia cáritas Dei diffúsa est in córdibus nostris per Spíritum sanctum qui datus est nobis.

℣ Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo.
℟ In generatiónem et generatiónem annuntiábo veritátem tuam.

Oratio de dominica currente.

Ad Sextam

Ant.

viij. T.

Allelúia, alle- lúia, allelúia.

E u o u a e.

Psalmus 135

Hymnus paschalis

Domini res gestas narrare, laudare est. (Cassiodorus)

I

Confitémini Dómino, quóniam bonus, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.
Confitémini Deo deórum, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.
Confitémini Dómino dominórum, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.
Qui facit mirabília magna solus, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui fecit cælos in intelléctu, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui expándit terram super aquas, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui fecit luminária magna, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius;

solem, ut præésset diéi, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius;

lunam et stellas, ut præéssent nocti, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

II

Qui percússit Ægýptum in primogénitis eórum, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui edúxit Israel de médio eórum, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius;

in manu poténti et brácchio exténto, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui divísit mare Rubrum in divisiónes, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et tradúxit Israel per médium eius, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et excússit Pharaónem et virtútem eius
in mari Rubro, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

III

Qui tradúxit pópulum suum per desértum, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui percússit reges magnos, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius;

et occídit reges poténtes, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius;

Sehon regem Amorrhæórum, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius;

et Og regem Basan, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et dedit terram eórum hereditátem, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius;

hereditátem Israel servo suo, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui in humilitáte nostra memor fuit nostri, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius;

et redémit nos ab inimícis nostris, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui dat escam omni carni, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Confitémini Deo cæli, *
quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. viij.

LECTIO BREVIS Rom 8,26

Spíritus ádiuvat infirmitátem nostram, † nam quid orémus sicut opórtet, nescímus; * sed ipse Spíritus póstulat pro nobis gemítibus inenarrabílibus.

℣ Appropínquet deprecátio mea in conspéctu tuo, Dómine.
℟ Iuxta verbum tuum da mihi intelléctum.

Oratio de dominica currente.

Ad Nonam

Ant.

viij. T.

A lle- lúia, allelúia, allelúia, allelú-

ia. E u o u a e.

Psalmus 128

Populi afflicti renovata fiducia

Ecclesia loquitur de iis quæ tolerat. (S. Augustinus)

Sæpe expugnavérunt me a iuventúte mea, *
dicat nunc Israel:

Sæpe expugnavérunt me a iuventúte mea, *
étenim non potuérunt advérsum me.

Supra dorsum meum aravérunt aratóres, *
prolongavérunt sulcos suos.

Dóminus autem iustus *
concídit cervíces peccatórum.

Confundántur et convertántur retrórsum *
omnes qui odérunt Sion.

Fiant sicut fenum tectórum, *
quod priúsquam evellátur, exáruit;

de quo non implévit manum suam qui metit, *
et sinum suum qui manípulos cólligit.

Et non dixérunt qui præteríbant: †
„Benedíctio Dómini super vos, *
benedícimus vobis in nómine Dómini.“

Psalmus 130

Quasi parvuli fiducia in Domino collocata

Discite a me, quia mitis sum et humilis corde. (Mt 11,29)

Dómine, non est exaltátum cor meum, *
neque eláti sunt óculi mei;

neque ambulávi in magnis, *
neque in mirabílibus super me.

Vere pacátam et quiétam *
feci ánimam meam,

sicut ablactátus in sinu matris suæ, *
sicut ablactátus, ita in me est ánima mea.

Speret Israel in Dómino, *
ex hoc nunc et usque in sæculum.

Psalmus 132

Fraternæ concordiæ iucunditas

Diligamus nos invicem, quia caritas ex Deo est. (1 Io 4,7)

Ecce quam bonum et quam iucúndum *
habitáre fratres in unum:

sicut unguéntum óptimum in cápite, †
quod descéndit in barbam, barbam Aaron, *
quod descéndit in oram vestiménti eius.

Sicut ros Hermon, *
qui descéndit in montes Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem, *
vitam usque in sǽculum.

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. viij.

LECTIO BREVIS 2 Cor 1,21-22

Confírmat nos vobíscum in Christo qui unxit nos, Deus, * qui et signávit nos, et dedit pignus Spíritus in córdibus nostris.

℣ Dóminus illuminátio mea et salus mea.
℟ Dóminus protéctor vitæ meæ.

Oratio de dominica currente.

Ad II Vesperas

HYMNUS

viij. T.

O lux, be-áta Tríni-tas * et princi pá-lis Uni-tas, iam sol recédit ígne-us: in-fúnde lumen córdibus.

Te mane laudum cármine,
te deprecémur véspere;
te nostra supplex glória
per cuncta laudet sǽcula.

Christum rogámus et Patrem,
Christi Patrísque Spíritum;
unum potens per ómnia,
fove precántes, Trínitas. Amen.

Ant. 1

7. T.

Dixit Dóminus Dómino me- o: Sede a dextris me-is. E u o u a e.

Psalmus 109

Messias rex et sacerdos

Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. (1 Cor 15,25)

Dixit Dóminus Dómino meo: *
„Sede a dextris meis,

donec ponam inimícos tuos *
scabéllum pedum tuórum.“

Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dóminus ex Sion: *
dimináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum principátus in die virtútis tuæ, †
in splendóribus sanctis, *
ex útero matutíni velut rorem génui te.

Iurávit Dóminus et non pænitébit eum: *
„Tu es sacérdos in ætérnum
secúndum órdinem Melchísedech.“

Dóminus a dextris tuis, *
conquassábit in die iræ suæ reges.

Iudicábit in natiónibus: †
*cumulántur cadávera, **
conquassábit cápita in terra spatiósa.

De torrénte in via bibet, *
proptérea exaltábit caput.

Ant. 1 Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis. 7.

Ant. 2

1.T.irreg.

A fáci- e Dómini mota est terra.

E u o u a e.

Psalmus 113 A

Israel ex Ægypto liberatur

Cognoscite etiam vos exiisse ab Ægypto, qui huic sæculo renuntiastis. (S. Augustinus)

In éxitu Israel de Ægýpto, *
domus Iacob de pópulo bárbaro,

factus est Iuda sanctuárium eius, *
Israel potéstas eius.

Mare vidit et fugit, *
Iordánis convérsus est retrórsum;

montes saltavérunt ut ariétes, *
et colles sicut agni óvium.

Quid est tibi, mare, quod fugísti? *
Et tu, Iordánis, quia convérsus es retrórsum?

Montes, quod saltástis sicut aríetes, *
et colles, sicut agni óvium?

A fácie Dómini contremísce, terra, *
a fácie Dei Iacob;

qui convértit petram in stagna aquárum, *
et sílicem in fontes aquárum.

Ant. 2 A fácie Dómini mota est terra. 1. t. irreg.

Ant. 3

1.T.irreg. Nos qui vívimus, benedícimus Dómino. E u o u a e.

Psalmus 113 B

Laus veri Dei

Conversi estis ad Deum a simulacris, servire Deo vivo et vero.
(1 Th 1,9)

Non nobis, Dómine, non nobis, †
sed nómini tuo da glóriam, *
super misericórdia tua et veritáte tua.

Quare dicent gentes: *
„Ubi est Deus eórum?“

Deus autem noster in cælo, *
ómnia quæcúmque vóluit, fecit.

Simulácra géntium argéntum et aurum, *
ópera mánuum hóminum.

Os habent, et non loquéntur, *
óculos habent, et non vidébunt.

Aures habent, et non áudient, *
nares habent, et non odorábunt.

Manus habent, et non palpábunt, †
pedes habent, et non ambulábunt; *
non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, *
et omnes qui confídunt in eis.

Domus Israel sperávit in Dómino, *
adiutórium eórum et scutum eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino, *
adiutórium eórum et scutum eórum est.

Qui timent Dóminum speravérunt in Dómino, *
adiutórium eórum et scutum eórum est.

Dóminus memor fuit nostri, *
et benedícet nobis.

Benedícet dómui Israel, *
benedícet dómui Aaron.

Benedícet ómnibus qui timent Dóminum, *
pusíllis cum maióribus.

Adíciat Dóminus super vos, *
super vos et super fílios vestros.

Benedícti vos a Dómino, *
qui fecit cælum et terram.

Cæli, cæli sunt Dómino, *
terram autem dedit fíliis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine, *
neque omnes qui descéndunt in siléntium.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino *
ex hoc nunc et usque in sǽculum.

Ant. 3 Nos qui vívimus, benedícimus Dómino. 1. t. irreg.

Ant. 4

v. T.

Fecit nos De- o et Patri suo re-gnum, primogéni- tus mortu- órum, et prin-ceps regum terræ, allelúia. E u o u a e.

Canticum Ap 19,1-7

De nuptiis Agni

Allelúia.

Salus, et glória, et virtus Deo nostro est: *
quia vera et iusta iudícia sunt eius.

Allelúia.

Laudem dícite Deo nostro, omnes servi eius, *
et qui timétis eum, pusílli et magni.

Allelúia.

Quóniam regnávit
Dóminus Deus noster omnípotens, *
gaudeámus et exsultémus et demus glóriam ei.

Allelúia.

Quia venérunt núptiæ Agni, *
et uxor eius præparávit se.

Ant. 4 Fecit nos Deo et Patri suo regnum, primogénitus mortuórum, et princeps regum terræ, allelúia. v.

Vel Tempore Quadragesimæ

Canticum **1 Petr 2,21-24**

Christus passus est pro nobis, †
vobis relínquens exémplum, *
ut sequámini vestígia eius;

qui peccátum non fecit, *
nec invéntus est dolus in ore eius;

qui cum maledicerétur, non maledicébat, †
cum paterétur non comminabátur, *
tradébat autem iudicánti se iniúste;

qui peccáta nostra ipse pértulit *
in córpore suo super lignum,

ut, peccátis mórtui, iustítiæ vivámus: *
cuius livóre sanáti estis.

LECTIO BREVIS 2 Th 2,13-14

Nos autem debémus grátias ágere Deo semper pro vobis, fratres diVécti a Deo, † quod elégerit vos Deus primítias in salútem in sanctificatiónem spíritus et in fide veritátis; * in qua et vocávit vos per Evangélium nostrum, in acquisitiónem glóriæ Dómini nostri Iesu Christi.

RESPONSORIUM BREVE

Magnus Dómi- nus noster, * Et magna virtus eius. Magnus. ℣. Et sapi- énti- æ e- ius non est númerus. * Et.

Ant. ad Magnificat et oratio de dominica currente.

FERIA II HEBDOMADÆ II

Ad Vigilias

VERSUS INVITATORIUS

Veníte, * exsultémus Dómino.


HYMNUS

ij. T.

Ipsum nunc nobis tempus est *



quo voce evangé- lica ventúrus sponsus



crédi-tur, regni cæléstis cóndi-tor.

Occúrrunt sanctæ vírgines
óbviam tunc advéntui,
gestántes claras lámpadas,
magno lætántes gáudio.

Stultæ vero quæ rémanent
extínctas habent lámpadas,
frustra pulsántes iánuam,
clausa iam regni régia.

Nunc vigilémus sóbrii
gestántes mentes spléndidas,
ut veniénti Dómino
digni currámus óbviam.

Dignos nos fac, rex óptime,
futúri regni glória,
ut mereámur láudibus
ætérnis te concínere. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. 1 Iusta iudicáte, fílii hóminum. 8.

Psalmus 57

Iniquorum iudicium obiurgatio

Vae, vae, civitas illa magna, Babylon, civitas illa fortis; quoniam una hora venit iudicium tuum! (Ap 18,10)

*Numquid vere, poténtes, iustítiam loquímini, * recte iudicátis fílios hóminum?*

*Etenim in corde iniquitátes operámini, **
in terra violéntiam manus vestræ concínnant.

*Alienáti sunt peccatóres ab útero, **
erravérunt a ventre qui loquúntur falsa.

*Venénum illis in similitúdinem serpéntis, **
sicut áspidis surdæ et obturántis aures suas,

*quæ non exáudiet vocem incantántium **
et venéfici incantántis sapiénter.

*Deus, cóntere dentes eórum in ore ipsórum, **
molas leónum confrínge, Dómine.

*Díffluant tamquam aqua decúrrens, **
sicut fenum conculcátum aréscant.

*Sicut limax quæ tabéscens transit, **
sicut abortívum mulíeris quod non vidit solem.

*Priúsquam séntiant ollæ vestræ rhamnum, **
sic vivéntes, sic in ira absórbet eos.

*Lætábitur iustus cum víderit vindíctam, **
pedes suos lavábit in sánguine peccatóris.

*Et dicet homo: „Utique est fructus iusto, **
útique est Deus iúdicans eos in terra.“

Ant. 1 Iusta iudicáte, fílii hóminum. 8.

Vel: Ant. 1 Avértit Dóminus captivitátem plebis suæ. viij.

Psalmus 52

Impiorum stultitia

Omnes peccaverunt et egent gloria Dei. (Rom 3,23)

Dixit insípiens in corde suo: „Non est Deus.“ †
Corrúpti sunt, et abominatiónes operáti sunt; *
non est qui fáciat bonum.

Deus de cælo prospéxit super fílios hóminum, *
ut vídeat, si est intéllegens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul corrúpti facti sunt; *
non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Nonne scient omnes qui operántur iniquitátem, *
qui dévorant plebem meam ut cibum panis?

Deum non invocavérunt; *
illic trepidavérunt timóre, et non erat timor.

Quóniam Deus dissipávit ossa eórum
qui te obsidébant, *
confúsi sunt, quóniam Deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutáre Israel? †
Cum convérterit Deus captivitátem plebis suæ, *
exsultábit Iacob et lætábitur Israel. ■

Ant. 1 Avértit Dóminus captivitátem plebis suæ. viij.

Ant. 2 Ab insurgéntibus in me prótege me Dómine. j.

Psalmus 58

Adversus insurgentes oratio

Hæ voces Salvatoris pietatem erga Patrem suum omnes edoceant. (Eusebius Cæsariensis)

Eripe me de inimícis meis, Deus meus, *
et ab insurgéntibus in me prótege me.

Eripe me de operántibus iniquitátem, *
et de viris sánguinum salva me.

Quia ecce insidiáti sunt ánimæ meæ, *
irruérunt in me fortes.

Neque delíctum, neque peccátum
in me est, Dómine; †
sine iniquitáte mea currunt et præparántur. *
Exsúrge in occúrsum meum, et vide:

et tu, Dómine Deus virtútum, Deus Israel, †
*evígila ad visitándas omnes gentes; **
non misereáris ómnibus qui infidéliter operántur.

Reverténtur ad vésperam, †
*et latrábunt ut canes, **
et circuíbunt civitátem.

*Ecce eructábunt ore suo, **
et gládius in lábiis eórum: „Quis enim audit?“

*Et tu, Dómine, deridébis eos; **
subsannábis omnes gentes.

Fortitúdo mea, tibi atténdam; *
quia, Deus, præsídium meum es.

Deus meus, misericórdia eius prævéniet me. *
Deus fáciet ut despíciam inimícos meos.

Ne occídas eos,
nequándo obliviscátur pópulus meus; †
*dispérge illos in virtúte tua, **
et prostérne eos, protéctor meus, Dómine.

*Peccátum oris eórum, sermo labiórum ipsórum, **
et comprehendántur in supérbia sua.

Propter exsecratiónem et mendácium,
quod loquúntur, †
*consúme eos in furóre, consúme, et non erunt; **
et scient quia Deus dominábitur Iacob
et fínium terræ.

Reverténtur ad vésperam, †
*et latrábunt ut canes, **
et circuíbunt civitátem.

*Ipsi errábunt ad manducándum, **
si vero non fúerint saturáti, murmurábunt.

Ego autem cantábo fortitúdinem tuam, *
et exsultábo mane misericórdiam tuam,

quia factus es præsídium meum, *
et refúgium meum in die tribulatiónis meæ.

Fortitúdo mea, tibi psallam, †
quia, Deus, præsídium meum es: *
Deus meus misericórdia mea.

Ant. 2 Ab insurgéntibus in me prótege me Dómine. j.

Ant. 3 Exaltáre, qui iúdicas terram. viij.

Psalmus 93

Dominus iustorum ultor

Vindex est Dominus de his omnibus: non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. (1 Th 4,6-7)

Deus ultiónum, Dómine, *
Deus ultiónum, effúlge.

Exaltáre qui iúdicas terram, *
redde retributiónem supérbis.

Usquequo peccatóres, Dómine, *
úsquequo peccatóres exsultábunt?

Effabúntur et loquéntur protérva, *
gloriabúntur omnes qui operántur iniquitátem?

Pópulum tuum, Dómine, humíliant, *
et hereditátem tuam vexant.

Víduam et ádvenam interfíciunt, *
et pupíllos occídunt.

Et dixérunt: „Non vidébit Dóminus, *
nec intélleget Deus Iacob.“

Intellégite, insipiéntes in pópulo, *
et stulti quando sapiétis?

Qui plantávit aurem, non áudiet, *
aut qui finxit óculum, non respíciet?

Qui córripit gentes, non árguet, *
qui docet hóminem sciéntiam?

Dóminus scit cogitatiónes hóminum *
quóniam vanæ sunt.

Beátus homo quem tu erudíeris, Dómine, *
et de lege tua docúeris eum,

ut mítiges ei a diébus malis, *
donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repéllet Dóminus plebem suam, *
et hereditátem suam non derelínquet.

Quia ad iustítiam revertétur iudícium, *
et sequéntur illam omnes qui recto sunt corde.

Quis consúrget mihi advérsus malignántes, *
aut quis stabit mecum
advérsus operántes iniquitátem?

Nisi quia Dóminus adiúvit me, *
paulo minus habitásset in loco siléntii ánima mea.

Si dicébam: „Motus est pes meus“, *
misericórdia tua, Dómine, sustentábat me.

In multitúdine sollicitúdinum meárum
in corde meo, *
consolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.

Numquid sociábitur tibi sedes iniquitátis, *
quæ fingit moléstiam contra præcéptum?

Irruent in ánimam iusti, *
et sánguinem innocéntem condemnábunt.

Et factus est mihi Dóminus in præsídium *
et Deus meus in rupem refúgii mei;

et reddet illis iniquitátem ipsórum, †
  et in malítia eórum dispérdet eos, *
  dispérdet illos Dóminus Deus noster.

Ant. 3 Exaltáre, qui iúdicas terram. viij.

℣ Dírige me, Dómine, in veritáte tua et doce me.
℟ Quia tu es Deus salútis meæ.

Benedictio A cunctis malis imminéntibus † erípiat nos omnípotens et misericors Dóminus. † ℟ Amen.

IN II NOCTURNO

Ant. 4 Lætétur cor quæréntium Dóminum. viij.

Psalmus 104

Dominus promissionibus fidelis

Apostoli gentibus manifestant mirabilia Dei in adventu eius.
(S. Athanasius)

I

Confitémini Dómino et invocáte nomen eius, *
  annuntiáte inter gentes ópera eius.

Cantáte ei et psállite ei, *
  meditámini in ómnibus mirabílibus eius.

Laudámini in nómine sancto eius, *
  lætétur cor quæréntium Dóminum.

Quǽrite Dóminum et poténtiam eius, *
  quǽrite fáciem eius semper.

Mementóte mirabílium eius quæ fecit, *
  prodígia eius et iudícia oris eius.

Semen Abraham, servi eius, *
  fílii Iacob, elécti eius.

Ipse Dóminus Deus noster; *
  in univérsa terra iudícia eius.

Memor fuit in sǽculum testaménti sui, *
  verbi quod mandávit in mille generatiónes,

quod dispósuit cum Abraham, *
  et iuraménti sui ad Isaac.

Et státuit illud Iacob in præcéptum, *
  et Israel in testaméntum ætérnum,

dicens: „Tibi dabo terram Chánaan *
  funículum hereditátis vestræ."

Cum essent número brevi, *
  paucíssimi et peregríni in ea,

et pertransírent de gente in gentem, *
  et de regno ad pópulum álterum,

non permísit hóminem nocére eis, *
et corrípuit pro eis reges:

„Nolíte tángere christos meos, *
et in prophétis meis nolíte malignári.“

Ant. 4 Lætétur cor quæréntium Dóminum. viij.

Ant. 5 Tu Dómine servábis nos et custódies nos in ætérnum. viij.

II

Et vocávit famem super terram, *
et omne báculum panis contrívit.

Misit ante eos virum, *
in servum venúmdatus est Ioseph.

Strinxérunt in compédibus pedes eius, *
in ferrum intrávit collum eius,

donec veníret verbum eius, *
elóquium Dómini purgáret eum.

Misit rex et solvit eum, *
princeps populórum, et dimísit eum;

constítuit eum dóminum domus suæ, *
et príncipem omnis possessiónis suæ.

Ut erudíret príncipes eius sicut semetípsum, *
et senes eius prudéntiam docéret.

Ant. 5 Tu Dómine servábis nos et custódies nos in ætérnum. viij.

Ant. 6 Quia mirabília fecit Dóminus. 1.

III

Et intrávit Israel in Ægýptum, *
et Iacob peregrínus fuit in terra Cham.

Et auxit pópulum suum veheménter, *
et confortávit eum super inimícos eius.

Convértit cor eórum, ut odírent pópulum eius, *
et dolum fácerent in servos eius.

Misit Móysen servum suum, *
Aaron quem elégit ipse.

Pósuit in eis verba signórum suórum *
et prodigiórum in terra Cham.

Misit ténebras et obscurávit, *
et restitérunt sermónibus eius.

Convértit aquas eórum in sánguinem, *
et occídit pisces eórum.

Edidit terra eórum ranas *
in penetrálibus regum ipsórum.

Dixit et venit cœnomyía, *
et cínifes in ómnibus fínibus eórum.

Pósuit plúvias eórum grándinem, *
ignem comburéntem in terra ipsórum.

Et percússit víneas eórum et ficúlneas eórum, *
et contrívit lignum fínium eórum.

Dixit et venit locústa, *
et bruchus cuius non erat númerus,

et comédit omne fenum in terra eórum, *
et comédit fructum terræ eórum.

Et percússit omne primogénitum in terra eórum, *
primítias omnis róboris eórum.

Et edúxit eos cum argénto et auro; *
et non erat in tríbubus eórum infírmus.

Lætáta est Ægýptus in profectióne eórum, *
quia incúbuit timor eórum super eos.

Expándit nubem in protectiónem, *
et ignem, ut lucéret eis per noctem.

Petiérunt et venit cotúrnix, *
et pane cæli saturávit eos.

Dirúpit petram et fluxérunt aquæ, *
abiérunt in sicco flúmina.

Quóniam memor fuit verbi sancti sui *
ad Abraham púerum suum.

Et edúxit pópulum suum in exsultatióne, *
eléctos suos in lætítia.

Et dedit illis regiónes géntium, *
et labóres populórum possedérunt,

ut custódiant iustificatiónes eius, *
et leges eius servent.

Ant. 6 Quia mirabília fecit Dóminus. 1.

℣ Quam dúlcia fáucibus meis elóquia tua, Dómine.
℟ Super mel ori meo.

Benedictio Sapiéntia Dei Patris † nos cæléstibus ínstruat disciplínis. † ℟ Amen.

Ad Laudes matutinas

HYMNUS

ij. T.

Lucis largí-tor spléndide, * cuius se-
réno lúmine post lapsa noctis témpora
di- es refúsus pándi-tur,

Tu verus mundi lúcifer,
non is qui parvi síderis
ventúræ lucis núntius
angústo fulget lúmine,

Sed toto sole clárior,
lux ipse totus et dies,
intérna nostri péctoris
illúminans præcórdia.

Adésto, rerum cónditor,
patérnæ lucis glória,
cuius amóta grátia
nostra pavéscunt córpora.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

Ant. 1

vj. T.

E xal- táte Dóminum De-um nostrum,

et adorá- te ad montem sanctum eius.

E u o u a e

Psalmus 98

Sanctus Dominus Deus noster

Tu es super cherubim, qui malum statum terræ commutasti, cum ad nostram similitudinem factus es. (S. Athanasius)

Dóminus regnávit, commoveántur pópuli; *
sedet super chérubim, moveátur terra.

Dóminus in Sion magnus, *
  et excélsus super omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno et terríbili, *
  quóniam sanctum est.

Rex potens iudícium díligit: †
  tu statuísti quæ recta sunt, *
  iudícium et iustítiam in Iacob tu fecísti.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum, †
  et adoráte ad scabéllum pedum eius, *
  quóniam sanctus est.

Móyses et Aaron in sacerdótibus eius, *
  et Sámuel inter eos qui ínvocant nomen eius.

Invocábant Dóminum, et ipse exaudiébat eos, *
  in colúmna nubis loquebátur ad eos.

Custodiébant testimónia eius *
  et præcéptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster, tu exaudiébas eos; †
  Deus, tu propítius fuísti eis, *
  ulcíscens autem adinventiónes eórum.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum, †
  et adoráte ad montem sanctum eius, *
  quóniam sanctus Dóminus Deus noster. 

Ant. 1 Exaltáte Dóminum Deum nostrum, et adoráte ad montem sanctum eius. vj.

Ant. 2

viij. T.

Dómine in cælo misericór-di- a tu- a. E u o u a e.

Psalmus 35

Malitia peccatoris, Domini bonitas

Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. (Io 8,12)

Susúrrat iníquitas ad ímpium
in médio cordis eius; *
non est timor Dei ante óculos eius.

Quóniam blandítur ipsi in conspéctu eius, *
ut non invéniat iniquitátem suam et óderit.

Verba oris eius iníquitas et dolus, *
désiit intellégere, ut bene ágeret.

Iniquitátem meditátus est in cubíli suo, †
  ástitit omni viæ non bonæ, *
  malítiam autem non odívit.

Dómine, in cælo misericórdia tua, *
  et véritas tua usque ad nubes;

iustítia tua sicut montes Dei, †
  iudícia tua abýssus multa; *
  hómines et iuménta salvábis, Dómine.

Quam pretiósa misericórdia tua, Deus! *
  Fílii autem hóminum
    in tégmine alárum tuárum sperábunt;

inebriabúntur ab ubertáte domus tuæ, *
  et torrénte voluptátis tuæ potábis eos.

Quóniam apud te est fons vitæ, *
  et in lúmine tuo vidébimus lumen.


Prætende misericórdiam tuam sciéntibus te, *
  et iustítiam tuam his qui recto sunt corde.

Non véniat mihi pes supérbiæ, *
  et manus peccatóris non móveat me.

Ibi cecidérunt qui operántur iniquitátem, *
  expúlsi sunt, nec potuérunt stare.

Ant. 2 Dómine, in cælo misericórdia tua. viij.

Ant. 3



Canticum Sir 36,1-7.13-16

Supplicatio pro sancta civitate Ierusalem

Hæc est vita æterna, ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum. (Io 17,3)

Miserére nostri, Deus ómnium, et réspice nos, *
et osténde nobis lucem miseratiónum tuárum,

et immítte timórem tuum super gentes, *
quæ non exquisiérunt te,

ut cognóscant quia non est Deus nisi tu, *
et enárrent magnália tua.

Alleva manum tuam super gentes aliénas, *
ut vídeant poténtiam tuam.

Sicut enim in conspéctu eórum
sanctificátus es in nobis, *
sic in conspéctu nostro magnificáberis in eis.

Ut cognóscant te, sicut et nos cognóvimus, *
quóniam non est Deus præter te, Dómine.

Innova signa et ítera mirabília, *
glorífica manum et firma brácchium dextrum.

Cóngrega omnes tribus Iacob; *
et hereditábis eos sicut ab inítio.

Miserére plebi tuæ,
super quam invocátum est nomen tuum, *
et Israel, quem coæquásti primogénito tuo.

Miserére civitáti sanctificatiónis tuæ, *
Ierúsalem, loco requiéi tuæ.

Reple Sion maiestáte tua *
et glória tua templum tuum.

Ant. 3 Osténde nobis, Dómine, lucem miseratiónum tuárum. 3.

Ant. 4

ij. T.

Cantáte Dómino, et benedíci- te nómi-ni eius. E u o u a e.

Psalmus 95

Dominus rex et iudex omnis terræ

Cantabant quasi canticum novum ante sedem in conspectu Agni. (cf. Ap 14,3)

Cantáte Dómino cánticum novum, *
cantáte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino, benedícite nómini eius, *
annuntiáte de die in diem salutáre eius.

Annuntiáte inter gentes glóriam eius, *
in ómnibus pópulis mirabília eius.

Quóniam magnus Dóminus et laudábilis nimis, *
terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium inánia, *
Dóminus autem cælos fecit.

Magnificéntia et pulchritúdo in conspéctu eius, *
poténtia et decor in sanctuário eius.

Afférte Dómino, famíliæ populórum, †
afférte Dómino glóriam et poténtiam, *
afférte Dómino glóriam nóminis eius.

Tóllite hóstias et introíte in átria eius, *
adoráte Dóminum in splendóre sancto.

Contremíscite a fácie eius, univérsa terra, *
dícite in géntibus: „Dóminus regnávit.“

Etenim corréxit orbem terræ
qui non commovébitur; *
iudicábit pópulos in æquitáte.

Læténtur cæli et exsúltet terra, †
sonet mare et plenitúdo eius; *
gaudébunt campi et ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum †
a fácie Dómini, quia venit, *
quóniam venit iudicáre terram.

Iudicábit orbem terræ in iustítia *
et pópulos in veritáte sua.

Ant. 4 Cantáte Dómino et benedícite nómini eius. ij.

LECTIO BREVIS Ier 15,16

Invénti sunt sermónes tui et comédi eos, † et factum est mihi verbum tuum in gáudium et in lætítiam cordis mei, * quóniam invocátum est nomen tuum super me, Dómine Deus exercítuum.

RESPONSORIUM BREVE

E xsultáte, iusti, in Dómino; * Rectos decet collaudáti- o. Exsultáte. ℣. Cantáte e- i cánticum novum. * Rectos.

Ad Benedictus, ant.

vij. T.

E - réxit Dóminus nobis cornu salútis in do- mo David pú- eri sui.

E u o u a e.

Oratio

Dómine Deus omnípotens, qui ad princípium huius diéi nos perveníre fecísti, † tua nos hódie salva virtúte, * ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, † sed semper ad tuam iustítiam faciéndam, nostra procédant elóquia, dirigántur cogitatiónes et ópera. Per Dóminum.

Ad Tertiam

Ant.

ij. T.

Be-átus omnis, qui timet Dóminum.

E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 359.

LECTIO BREVIS Ier 31,33

Hoc erit pactum quod fériam cum domo Israel post dies illos, dicit Dóminus: † Dabo legem meam in viscéribus eórum, et in corde eórum scribam eam; * et ero eis in Deum et ipsi erunt mihi in pópulum.

℣ Beáta gens, cuius Dóminus est Deus.
℟ Pópulus quem elégit in hereditátem sibi.

Oratio

Deus, Pater óptime, qui labórem homínibus ita dedísti, ut mútua semper arte ad altióra profícerent, † præsta, quǽsumus, * sic nos iúgiter operári, † ut filiórum in te spíritu et fratérna in omnes caritáte vivámus. Per Christum.

Ad Sextam

Ant.

viij. T.

In ætérnum, Dómine, verbum tuum pérmanet in cælo. E u o u a e.

Psalmus 118

X

Manus tuæ fecérunt me et plasmavérunt me; * da mihi intelléctum, et discam præcépta tua.

Qui timent te, vidébunt me et lætabúntur, *
quia in verba tua supersperávi.

Cognóvi, Dómine, quia ǽquitas iudícia tua, *
et in veritáte humiliásti me.

Fiat misericórdia tua ut consolétur me, *
secúndum elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuæ et vivam, *
quia lex tua delectátio mea est.

Confundántur supérbi,
quóniam dolóse pervertérunt me, *
ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertántur mihi timéntes te, *
et qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum
in iustificatiónibus tuis, *
ut non confúndar.

XI

Defécit in salutáre tuum ánima mea, *
et in verbum tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, *
dicéntes: „Quando consoláberis me?“

Quia factus sum sicut uter in fumo; *
iustificatiónes tuas non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui? *
Quando fácies de persequéntibus me iudícium?

Fodérunt mihi fóveas supérbi, *
qui non sunt secúndum legem tuam.

Omnia præcépta tua véritas; *
dolóse persecúti sunt me: ádiuva me.

Paulo minus consummavérunt me in terra, *
ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secúndum misericórdiam tuam vivífica me, *
et custódiam testimónia oris tui.

XII

In ætérnum, Dómine, *
verbum tuum constitútum est in cælo.

In generatiónem et generatiónem véritas tua; *
firmásti terram, et pérmanet.

Secúndum iudícia tua pérmanent hódie, *
quóniam ómnia sérviunt tibi.

Nisi quod lex tua delectátio mea est, *
tunc forte periíssem in humiliatióne mea.

In ætérnum non oblivíscar mandáta tua, *
quia in ipsis vivificásti me.

Tuus sum ego: salvum me fac, *
quóniam mandáta tua exquisívi.

Me exspectavérunt peccatóres, ut pérderent me; *
testimónia tua intelléxi.

Omnis consummatiónis vidi finem, *
latum præcéptum tuum nimis.

Ant. In ætérnum, Dómine, verbum tuum pérmanet in cælo. viij.

LECTIO BREVIS Ier 32,40

Fériam eis pactum sempitérnum, et non désinam eis benefácere, * et timórem meum dabo in corde eórum, † ut non recédant a me.

℣ In Deo salutáre meum et glória mea.
℟ Et refúgium meum in illo.

Oratio

Deus, qui messis ac víneæ dóminus es et custos, † quique offícia tríbuis et iusta stipéndia meritórum, * fac nos diéi pondus ita portáre, † ut nihil umquam de tuis plácitis conquerámur. Per Christum.

Ad Nonam

Ant.

1. T.

Spe- ret Isra- el in Dómino.

E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 367.

LECTIO BREVIS Ez 34,31

Vos greges mei, greges páscuæ meæ, hómines estis, † et ego Dóminus Deus vester, * dicit Dóminus Deus.

℣ Dóminus regit me et nihil mihi déerit.
℟ In loco páscuæ ibi me collocávit.

Oratio

Deus, qui nos ádvocas illa hora, qua ad templum ascendébant Apóstoli, † præsta, ut orátio, quam in nómine Iesu sincéra tibi mente persólvimus, * ómnibus nomen illud invocántibus salútem eius váleat impetráre. Per Christum.

Ad Vesperas

HYMNUS

ij. T.

Lúminis fons, lux * et orígo lucis,
tu pi- us nostris précibus favéto, luxque,
peccáti ténebris fugátis, nos tu*a* adór-
net.

Ecce transáctus labor est diéi,
teque nos tuti sumus adnuénte;
en tibi grates ágimus libéntes
tempus in omne.

Solis abscéssus ténebras redúxit:
ille sol nobis rádiet corúscus
luce qui fulva fovet angelórum
ágmina sancta.

Quas dies culpas hodiérna texit,
Christus deléto pius atque mitis,
pectus et puro rútilet nitóre
  témpore noctis.

Laus tibi Patri, decus atque Nato,
Flámini Sancto párilis potéstas,
cuncta qui sceptro régitis suprémo
  omne per ævum. Amen.

Ant. 1

8. T.

Illúmi- na óculos me- os, Dómine.

E u o u a e.

Psalmus 12

Lamentatio iusti Domino fidentis

Deus spei repleat vos omni gaudio. (Rom 15,13)

Usquequo, Dómine, oblivíscéris me in finem? *
úsquequo avértes fáciem tuam a me?

Usquequo ponam consília in ánima mea, †
  dolórem in corde meo per diem? *
  Usquequo exaltábitur inimícus meus super me?

Réspice et exáudi me, Dómine Deus meus. *
  Illúmina óculos meos,
    nequándo obdórmiam in morte,

nequándo dicat inimícus meus: †
  „Præválui advérsus eum“; *
  neque exsúltent qui tríbulant me, si motus fúero.

Ego autem in misericórdia tua sperávi. †
  Exsultábit cor meum in salutári tuo, *
  cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi.

Ant. 1 Illúmina óculos meos, Dómine. 8.


Ant. 2

7. T.

F undá- tur exsultati- óne univérsæ



terræ mons Si- on, cívi-tas Regis magni.



E u o u a e.

Psalmus 47

Gratiarum actio pro populi salute

Sustulit me in montem magnum et ostendit mihi civitatem sanctam Ierusalem. (Ap 21,10)

Magnus Dóminus et laudábilis nimis, *
in civitáte Dei nostri.

Mons sanctus eius collis speciósus, *
exsultátio univérsæ terræ.

Mons Sion, extréma aquilónis, *
cívitas regis magni.

Deus in dómibus eius notus *
factus est ut refúgium.

Quóniam ecce reges congregáti sunt, *
convenérunt in unum.

Ipsi cum vidérunt, sic admiráti sunt, *
conturbáti sunt, diffugérunt;

illic tremor apprehéndit eos, *
dolóres ut parturiéntis.

In spíritu oriéntis *
cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus
in civitáte Dómini virtútum, †
in civitáte Dei nostri; *
Deus fundávit eam in ætérnum.

Recogitámus, Deus, misericórdiam tuam *
in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum, Deus, †
sic et laus tua in fines terræ; *
iustítia plena est déxtera tua.

Lætétur mons Sion, †
et exsúltent fíliæ Iudæ *
propter iudícia tua.

Circúmdate Sion et complectímini eam, *
numeráte turres eius.

Pónite corda vestra in virtúte eius, †
et percúrrite domos eius, *
ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster †
in ætérnum et in sæculum sæculi: *
ipse ducet nos in sæcula.

Ant. 2 Fundátur exsultatióne univérsæ terræ mons Sion, cívitas Regis magni. 7.

Ant. 3

iv. T.

Habitábit in tabernáculo tuo, requiéscet in monte sancto tuo.

E u o u a e.

Psalmus 14

Quis dignus coram Domino?

Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis.
(Hebr 12,22)

Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? *
Quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, et operátur iustítiam; *
qui lóquitur veritátem in corde suo,

qui non egit dolum in lingua sua, †
nec fecit próximo suo malum, *
et oppróbrium non íntulit próximo suo.

Ad níhilum reputátus est in conspéctu eius
malígnus, *
timéntes autem Dóminum gloríficat.

Qui iurat in detriméntum suum et non mutat, †
qui pecúniam suam non dedit ad usúram, *
et múnera super innocéntem non accépit.

Qui facit hæc, *
non movébitur in ætérnum.

Ant. 3 Habitábit in tabernáculo tuo, requiéscet in monte sancto tuo. iv.

Ant. 4

3. T.

Sánguis Iesu Christi, Fíli- i De- i,

emúndat nos. E u o u a e.

Canticum Eph 1,3-10

De Deo salvatore

Benedíctus Deus et Pater
Dómini nostri Iesu Christi, *
qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli
in cæléstibus in Christo;

sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutiónem, †
ut essémus sancti et immaculáti *
in conspéctu eius in caritáte,

qui prædestinávit nos in adoptiónem filiórum †
per Iesum Christum in ipsum, *
secúndum propósitum voluntátis suæ,

in laudem glóriæ grátiæ suæ, *
in qua gratificávit nos in dilécto Fílio suo,

in quo habémus redemptiónem per sánguinem eius, *
remissiónem peccatórum:

secúndum divítias grátiæ eius, †
quæ superabundávit in nobis *
in omni sapiéntia et prudéntia;

ut notum fáceret nobis sacraméntum voluntátis suæ, *
secúndum beneplácitum eius,

quod propósuit in eo, *
in dispensatióne plenitúdinis témporum,
instauráre ómnia in Christo, *
quæ in cælis et quæ in terra sunt.

Ant. 4 Sánguis Iesu Christi, Fílii Dei, emúndat nos. 3.


LECTIO BREVIS 1 Th 2,13


Grátias ágimus Deo sine intermissióne, † quóniam cum accepissétis a nobis verbum audítus Dei, * accepístis illud non ut verbum hóminum, † sed, sicut est vere, verbum Dei, qui operátur in vobis qui credidístis.

RESPONSORIUM BREVE

Dirigátur, Dómine, * ad te orá- ti- o me- a. Dirigátur. ℣. Sicut incénsum in conspéctu tuo. * Ad.

Ad Magnificat, ant.





Oratio

Deus omnípotens, qui hódie servos tuos inútiles in labóribus roborásti, * hoc laudis súscipe, quod tibi offérimus, sacrifícium vespertínum, † de suscéptis a te munéribus grátias referéntes. Per Dóminum.

FERIA III HEBDOMADÆ II

Ad Vigilias

VERSUS INVITATORIUS

Dóminum Deum magnum, * Veníte adorémus.

HYMNUS

viij. T.

Nocte surgéntes * vigi-lémus omnes,

semper in psalmis medi-témur atque víri-

bus to-tis Dómino canámus dúlci-ter hy-

mnos,

Ut, pio regi páriter canéntes,
cum suis sanctis mereámur aulam
íngredi cæli, simul et beátam
dúcere vitam.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris ac Nati, paritérque Sancti
Spíritus, cuius résonat per omnem
glória mundum. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. 1 Díligam te, Dómine, virtus mea. vj.

Psalmus 17

Gratiarum actio

Si Deus pro nobis, quis contra nos? (Rom 8,31)

I

Díligam te, Dómine, fortitúdo mea. *
Dómine, firmaméntum meum
et refúgium meum et liberátor meus;

Deus meus, adiútor meus, et sperábo in eum: *
protéctor meus, et cornu salútis meæ,
et suscéptor meus.

Laudábilem invocábo Dóminum, *
et ab inimícis meis salvus ero.

Circumdedérunt me fluctus mortis, *
et torréntes Bélial conturbavérunt me;

funes inférni circumdedérunt me, *
praeoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum, *
et ad Deum meum clamávi;

exaudívit de templo suo vocem meam, *
et clamor meus in conspéctu eius
introívit in aures eius.

Commóta est et contrémuit terra; †
fundaménta móntium concússa sunt
et commóta sunt, *
quóniam irátus est.

Ascéndit fumus de náribus eius, †
et ignis de ore eius dévorans; *
carbónes succénsi processérunt ab eo.

Inclinávit cælos et descéndit, *
et calígo sub pédibus eius.

Et ascéndit super Cherub et volávit, *
devolávit super pennas ventórum.

Et pósuit ténebras latíbulum suum, †
in circúitu tabernáculum eius, *
tenebrósa aqua, nubes áëris.

Præ fulgóre in conspéctu eius nubes transiérunt, *
grando et carbónes ignis.

Et intónuit de cælo Dóminus, †
 et Altíssimus dedit vocem suam: *
 grando et carbónes ignis.

Et misit sagíttas suas et dissipávit eos, *
 fúlgura iecit et conturbávit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum, *
 et reveláta sunt fundaménta orbis terrárum,

ab increpatióne tua, Dómine, *
 ab inspiratióne spíritus iræ tuæ.

Ant. 1 Díligam te, Dómine, virtus mea. vj.

Ant. 2 Factus est adiútor meus Deus meus. j.

II

Misit de summo et accépit me, *
 et assúmpsit me de aquis multis;

erípuit me de inimícis meis fortíssimis, †
 et ab his qui odérunt me, *
 qui confortáti sunt super me.

Oppugnavérunt me in die afflictiónis meæ, *
 et factus est Dóminus fulciméntum meum;

et edúxit me in latitúdinem, *
 salvum me fecit, quóniam vóluit me.

Et retríbuit mihi Dóminus
secúndum iustítiam meam, *
et secúndum puritátem mánuum meárum
reddet mihi;

quia custodívi vias Dómini, *
nec ímpie recéssi a Deo meo.

Quóniam ómnia iudícia eius in conspéctu meo, *
et iustítias eius non réppuli a me;

et fui immaculátus cum eo, *
et observávi me ab iniquitáte.

Et retríbuit mihi Dóminus
secundum iustítiam meam, *
et secúndum puritátem mánuum meárum
in conspéctu oculórum eius.

Cum sancto sanctus eris, *
et cum viro innocénte ínnocens eris,

et cum eléсto eléctus eris, *
et cum pervérso cállidus eris.

Quóniam tu pópulum húmilem salvum fácies, *
et óculos superbórum humiliábis.

Quóniam tu accéndis lucérnam meam, Dómine; *
Deus meus illúminat ténebras meas.

Quóniam in te aggrédiar hóstium turmas *
  et in Deo meo transíliam murum.

Ant. 2 Factus est adiútor meus Deus meus. j.

Ant. 3 Vivat Dóminus et benedíctus Deus salútis meæ. 7.

III

Deus, impollúta via eius, †
  elóquia Dómini igne examináta; *
  protéctor est ómnium sperántium in se.

Quóniam quis Deus præter Dóminum? *
  aut quæ munítio præter Deum nostrum?

Deus qui præcínxit me virtúte, *
  et pósuit immaculátam viam meam;

qui perfécit pedes meos tamquam cervórum, *
  et super excélsa státuit me;

qui docet manus meas ad prœlium, *
  et tendunt arcum ǽreum brácchia mea.

Et dedísti mihi scutum salútis tuæ, †
  et déxtera tua suscépit me, *
  et mansuetúdo tua educávit me.

Dilatásti gressus meos subtus me, *
  et non sunt infirmáta vestígia mea.

Persequébar inimícos meos
    et comprehendébam illos, *
  et non convertébar, donec defícerent.

Confringébam illos nec póterant stare, *
  cadébant subtus pedes meos.

Et præcinxísti me virtúte ad bellum, *
  et supplantásti insurgéntes in me subtus me.

Et inimícos meos dedísti mihi dorsum, *
  et odiéntes me disperdidísti.

Clamavérunt, nec erat qui salvos fáceret, *
  ad Dóminum, nec exaudívit eos.

Et commínui eos ut púlverem ante fáciem venti, *
  ut lutum plateárum contrívi eos.

Eripuísti me de contradictiónibus pópuli, *
  constituísti me in caput géntium.

Pópulus quem non cognóvi servívit mihi, *
  in audítu auris obœdívit mihi.

Fílii aliéni blandíti sunt mihi, †
  fílii aliéni inveteráti sunt, *
  contremuérunt in ábditis suis.

Vivat Dóminus, et benedíctus Adiútor meus, *
  et exaltétur Deus salútis meæ.

Deus qui das vindíctas mihi, †
  et subdis pópulos sub me; *
  liberátor meus de inimícis meis iracúndis.

Et ab insurgéntibus in me exáltas me, *
  a viro iníquo éripis me.

Proptérea confitébor tibi in natiónibus, Dómine, *
  et nómini tuo psalmum dicam,

magníficans salútes regis sui, †
  et fáciens misericórdiam christo suo, *
  David et sémini eius usque in sǽculum.

Ant. 3 Vivat Dóminus et benedíctus Deus salútis meæ. 7.

℣ Bonitátem et prudéntiam et sciéntiam doce me.
℟ Quia præcéptis tuis crédidi.

Benedictio Benedícat nos Pater † et custódiat semper. † ℟ Amen.

IN II NOCTURNO

Ant. 4 Propítius esto peccátis nostris, Dómine. 8.

Psalmus 78

Super Ierusalem lamentatio

Si cognovisses et tu quæ ad pacem tibi. (Lc 19,42)

Deus, venérunt gentes in hereditátem tuam, †
polluérunt templum sanctum tuum, *
posuérunt Ierúsalem in ruínas.

Dedérunt morticína servórum tuórum
escas volatílibus cæli, *
carnes sanctórum tuórum béstiis terræ.

Effudérunt sánguinem eórum
tamquam aquam in circúitu Ierúsalem, *
et non erat qui sepelíret.

Facti sumus oppróbrium vicínis nostris, *
subsannátio et illúsio his qui in circúitu nostro sunt.

Usquequo, Dómine? †
Irascéris in finem? *
Accendétur velut ignis zelus tuus?

Effúnde iram tuam in gentes quæ te non novérunt, *
et in regna quæ nomen tuum non invocavérunt.

Quia comedérunt Iacob, *
et sedem eius desolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum patrum nostrórum, †
cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, *
quia páuperes facti sumus nimis.

Adiuva nos, Deus salutáris nostri, *
propter glóriam nóminis tui, et líbera nos;

et propítius esto peccátis nostris *
propter nomen tuum.

Quare dicent in géntibus: „Ubi est Deus eórum?“ †
Innotéscat in natiónibus coram óculis nostris *
últio sánguinis servórum tuórum qui effúsus est.

Intróeat in conspéctu tuo gémitus compeditórum; †
secúndum magnitúdinem brácchii tui *
supérstites relínque fílios mortis.

*Et redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum, *
impropérium ipsórum
quod exprobravérunt tibi, Dómine.*

Nos autem pópulus tuus et oves páscuæ tuæ, *
confitébimur tibi in sæculum;

in generatiónem et generatiónem *
annuntiábimus laudem tuam.

Ant. 4 Propítius esto peccátis nostris, Dómine. 8.

Ant. 5 Tu es Deus qui facis mirabília. v.

Psalmus 76

Operum Domini recordatio

In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur.
(2 Cor 4,8)

Voce mea ad Dóminum clamávi; *
voce mea ad Deum, et inténdit mihi.

In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi, †
manus meæ nocte expánsæ sunt, *
et non fatigántur.

Rénuit consolári ánima mea; †
memor sum Dei, et ingemísco, *
exérceor, et déficit spíritus meus.

Vígiles tenuísti pálpebras óculi mei, *
turbátus sum et non sum locútus.

Cogitávi dies antíquos, *
et annos ætérnos in mente hábui.

Meditátus sum nocte cum corde meo, *
et exercitábar, et scopébat spíritus meus.

Numquid in ætérnum proíciet Deus, *
aut non appónet, ut complacítior sit adhuc?

Aut defíciet in finem misericórdia sua, *
cessábit verbum a generatióne in generatiónem?

Aut obliviscétur miseréri Deus, *
aut continébit in ira sua misericórdias suas?

Et dixi: „Hoc vulnus meum, *
mutátio déxteræ Excélsi.“

Memor ero óperum Dómini, *
memor ero ab inítio mirabílium tuórum.

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis, *
et in adinventiónibus tuis exercébor.

Deus, in sancto via tua; *
quis deus magnus sicut Deus noster?

Tu es Deus qui facis mirabília, *
notam fecísti in pópulis virtútem tuam.

Redemísti in brácchio tuo pópulum tuum, *
fílios Iacob et Ioseph.

Vidérunt te aquæ, Deus, †
vidérunt te aquæ, et doluérunt; *
étenim commótæ sunt abýssi.

Effudérunt aquas núbila, †
vocem dedérunt nubes, *
étenim sagíttæ tuæ tránseunt.

Vox tonítrui tui in rota; †
 illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ, *
 commóta est et contrémuit terra.

In mari via tua, et sémitæ tuæ in aquis multis; *
 et vestígia tua non cognoscúntur.

Deduxísti sicut oves pópulum tuum *
 in manu Móysi et Aaron.

Ant. 5 Tu es Deus qui facis mirabília. v.

Ant. 6 Ego egénus et pauper sum: Deus ádiuva me. ij.

Psalmus 69

Deus, in adiutorium meum intende

Domine, salva nos, perimus. (Mt 8,25)

Deus, in adiutórium meum inténde; *
 Dómine, ad adiuvándum me festína.

Confundántur et revereántur *
 qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum et erubéscant *
 qui volunt mihi mala.

Convertántur propter confusiónem suam *
 qui dicunt mihi: „Euge, euge.“

Exsúltent et læténtur in te omnes qui quærunt te, *
et dicant semper: „Magnificétur Deus“,
qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus et pauper sum; *
Deus, ad me festína.

Adiútor meus et liberátor meus es tu; *
Dómine, ne moréris.

Ant. 6 Ego egénus et pauper sum: Deus ádiuva me. ij.

℣ Atténdite, pópule meus, doctrínam meam.
℟ Inclináte aurem vestram in verba oris mei.


Benedictio Dóceat nos Dóminus terréna despícere † et amáre cæléstia. † ℟ Amen.


Ad Laudes matutinas

HYMNUS

ij. T.

Æ - térne lucis cóndi- tor, * lux ipse





Iam cedit pallens próximo
diéi nox advéntui,
obtúndens lumen síderum
adest et clarus lúcifer.

Iam stratis læti súrgimus
grates canéntes et tuas,
quod cæcam noctem vícerit
revéctans rursus sol diem.


Te nunc, ne carnis gáudia
blandis subrépant ǽstibus,
dolis ne cedat sǽculi
mens nostra, sancte, quǽsumus.


Ira ne rixas próvocet,
gulam ne venter íncitet,
opum pervértat ne famis,
turpis ne luxus óccupet,

Sed firma mente sóbrii,
casto manéntes córpore
totum fidéli spíritu
Christo ducámus hunc diem.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

Ant. 1





Psalmus 18 A

Laus Domini rerum conditoris

Visitavit nos Oriens ex alto... ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. (Lc 1,78-79)

Cæli enárrant glóriam Dei, *
et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, *
et nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ neque sermónes *
quórum non intellegántur voces.

In omnem terram exívit sonus eórum, *
et in fines orbis terræ verba eórum.

Soli pósuit tabernáculum in eis, †
et ipse tamquam sponsus procédens
de thálamo suo, *
exsultávit ut gigas ad curréndam viam.

A fínibus cælórum egréssio eius, †
et occúrsus eius usque ad fines eórum, *
nec est quod abscondátur a calóre eius.

Ant. 1 In sole pósuit Deus tabernáculum suum. 8.

Ant. 2

viij. T.

Dómine, in te confídit ánima me-a.

E u o u a e.

Psalmus 56

In afflictione oratio matutina

Passionem Domini cantat iste psalmus. (S. Augustinus)

Miserére mei, Deus, miserére mei, *
quóniam in te confúgit ánima mea;

et in umbra alárum tuárum confúgiam, *
donec tránseant insídiæ.

Clamábo ad Deum Altíssimum, *
Deum qui benefécit mihi.

Mittet de cælo, et liberábit me; †
dabit in oppróbrium conculcántes me. *
Mittet Deus misericórdiam suam et veritátem suam.

Anima mea recúmbit in médio catulórum leónum, *
devorántium fílios hóminum.

Dentes eórum arma et sagíttæ, *
et lingua eórum gládius acútus.

Exaltáre super cælos, Deus, *
super omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis, *
et incurvávit se ánima mea;

fodérunt ante fáciem meam fóveam, *
et ipsi incidérunt in eam.

Parátum cor meum, Deus, †
parátum cor meum; *
cantábo et psalmum dicam.

Exsúrge, glória mea, †
exsúrge, psaltérium et cíthara, *
excitábo auróram.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine, *
et psalmum dicam tibi in natiónibus,

quóniam magnificáta est
usque ad cælos, misericórdia tua, *
et usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cælos, Deus, *
super omnem terram glória tua.

Ant. 2 Dómine, in te confídit ánima mea. viij.

Ant. 3

j. T.

E-ruísti, Dómine, ánimam me-am ne per-íret. E u o u a e.

Canticum Is 38,10-14.17-20

Moribundi angores, sanati lætitia

Ego sum vivus et fui mortuus ... et habeo claves mortis.
(Ap 1,17-18)

Ego dixi: In dimídio diérum meórum †
vadam ad portas ínferi; *
quæsívi resíduum annórum meórum.

Dixi: Non vidébo Dóminum Deum
in terra vivéntium, †
non aspíciam hóminem ultra *
inter habitatóres orbis.

Habitáculum meum ablátum est
et abdúctum longe a me *
quasi tabernáculum pastórum;

convólvit sicut textor vitam meam; †
de stámine succídit me; *
de mane usque ad vésperam confecísti me.

Prostrátus sum usque ad mane, †
quasi leo sic cónterit ómnia ossa mea; *
de mane usque ad vésperam confecísti me.

Sicut pullus hirúndinis sic mussitábo, *
meditábor ut colúmba;

attenuáti sunt óculi mei *
  suspiciéntes in excélsum.

Tu autem eruísti ánimam meam
    a fóvea consumptiónis, *
  proiecísti enim post tergum tuum
    ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi †
  neque mors laudábit te, *
  non exspectábunt
    qui descéndunt in lacum veritátem tuam.

Vivens, vivens ipse confitébitur tibi, †
  sicut et ego hódie; *
  pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine, salvum me fac, †
  et ad sonum cítharæ cantábimus
    cunctis diébus vitæ nostræ *
  in domo Dómini.

Ant. 3 Eruísti, Dómine, ánimam meam ne períret. j.

Ant. 4

3\. T.

Omni- a quæcúmque vo- luit Dómi- nus fecit. E u o u a e.

Psalmus 134

Laus Domini mirabilia operantis

Populus acquisitionis... annuntiate virtutes eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. (cf. 1 Petr 2,9)

Laudáte nomen Dómini, *
laudáte, servi Dómini,

qui statis in domo Dómini, *
in átriis domus Dei nostri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus; *
psállite nómini eius, quóniam suáve.

Quóniam Iacob elégit sibi Dóminus, *
Israel in pecúlium sibi.

Quia ego cognóvi quod magnus est Dóminus, *
et Deus noster præ ómnibus diis.

Omnia quæcúmque vóluit Dóminus, †
fecit in cælo et in terra, *
in mari et in ómnibus abýssis.

Addúcens nubes ab extrémo terræ, †
fúlgura in plúviam facit, *
prodúcit ventos de thesáuris suis.

Qui percússit primogénita Ægýpti *
ab hómine usque ad pecus.

Misit signa et prodígia in médio tui, Ægýpte, *
in Pharaónem et in omnes servos eius.

Qui percússit gentes multas, *
et occídit reges fortes:

Sehon regem Amorrhæórum, et Og regem Basan, *
et ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eórum hereditátem, *
hereditátem Israel pópulo suo.

Dómine, nomen tuum in ætérnum; *
Dómine, memoriále tuum
in generatiónem et generatiónem.

Quia iudicábit Dóminus pópulum suum, *
et servórum suórum miserébitur.

Simulácra géntium argéntum et aurum, *
ópera mánuum hóminum.

Os habent, et non loquéntur; *
óculos habent, et non vidébunt;

aures habent, et non áudient; *
neque enim est spíritus in ore ipsórum.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, *
et omnes qui confídunt in eis.

Domus Israel, benedícite Dómino; *
domus Aaron, benedícite Dómino;

domus Levi, benedícite Dómino; *
qui timétis Dóminum, benedícite Dómino.

Benedíctus Dóminus ex Sion, *
qui hábitat in Ierúsalem.


Ant. 4 Omnia quæcúmque vóluit Dóminus fecit. 3.


LECTIO BREVIS 1 Th 5,4-5

Vos, fratres, non estis in ténebris, ut vos dies Dómini tamquam fur comprehéndat; * omnes enim vos fílii lucis estis et fílii diéi; * non sumus noctis neque tenebrárum.


RESPONSORIUM BREVE


V ocem me- am audi, Dómine, * In






Ad Benedictus, ant.







Oratio

Dómine Iesu Christe, lux vera, qui omnes hómines illúminas ad salútem, * nobis, quǽsumus, concéde virtútem, † ut ante te vias pacis et iustítiæ præparémus. Qui vivis.

Ad Tertiam

Ant.

v. T.

Dóminus ædíficet nobis domum, et custódi- at civi-tátem. E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 359.

LECTIO BREVIS 1 Cor 12,4-6

Divisiónes gratiárum sunt, idem autem Spíritus; † et divisiónes ministratiónum sunt, idem autem Dóminus, * et divisiónes operatiónum sunt, idem vero Deus, qui operátur ómnia in ómnibus.

℣ Prope timéntes Deum salutáre ipsíus.
℟ Ut inhábitet glória in terra nostra.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui Paráclitum Sanctum tuum hora tértia in Apóstolos effudísti, * in nos quoque eúndem Spíritum caritátis emítte, † ut fidéle tibi coram ómnibus homínibus testimónium præbeámus. Per Christum.

Ad Sextam

Ant.

vj. T.

Tenu- ísti, Dómi- ne, manum déxte-

ram me- am. E u o u a e.

Psalmus 72

Cur iustus vexetur

Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. (Mt 11,6)

I

Quam bonus rectis est Deus, *
Deus his qui mundo sunt corde!

Mei autem pæne moti sunt pedes, *
pæne effúsi sunt gressus mei.

Quia zelávi super gloriántes, *
pacem peccatórum videns.

Quia non sunt eis impediménta, *
sanus et pinguis est venter eórum.

In labóre mortálium non sunt, *
  et cum homínibus non flagellántur.

Ideo quasi torques est eis supérbia, *
  et tamquam induméntum opéruit eos violéntia.

Prodit quasi ex ádipe iníquitas eórum, *
  erúmpunt cogitatiónes cordis.

Subsannavérunt, et locúti sunt nequítiam, *
  iniquitátem in excélso locúti sunt.

Posuérunt in cælo os suum, *
  et lingua eórum transívit in terra.

Ideo in alto sedent, *
  et aquæ plenæ non pervénient ad eos.

Et dixérunt: „Quómodo scit Deus, *
  et si est sciéntia in Excélso?"

Ecce ipsi peccatóres et abundántes in sæculo, *
  multiplicavérunt divítias.

II

Et dixi: „Ergo sine causa mundávi cor meum, *
  et lavi in innocéntia manus meas;

et fui flagellátus tota die, *
  et castigátio mea in matutínis."

Si dixíssem: „Loquar ut illi“, *
ecce generatiónem filiórum tuórum prodidíssem.

Et cogitábam, ut cognóscerem hoc; *
labor erat in óculis meis,

donec intrávi in sanctuárium Dei, *
et intelléxi novíssima eórum.

Verúmtamen in lúbrico posuísti eos, *
deiecísti eos in ruínas.

Quómodo facti sunt in desolatiónem, *
súbito defecérunt, periérunt præ horróre.

Velut sómnium evigilántis, Dómine, *
surgens imáginem ipsórum contémnes.

III

Quia exacerbátum est cor meum, *
et renes mei compúncti sunt;

et ego insípiens factus sum, et nescívi: *
ut iuméntum factus sum apud te.

Ego autem semper tecum; *
tenuísti manum déxteram meam.

In consílio tuo dedúces me, *
et póstea cum glória suscípies me.

Quis enim mihi est in cælo? *
 Et apud te nihil vólui super terram.

Defécit caro mea et cor meum; *
 Deus cordis mei, et pars mea Deus in ætérnum.

Quia ecce, qui elóngant se a te, períbunt, *
 perdidísti omnes qui fornicántur abs te.

Mihi autem adhærére Deo bonum est, *
 pónere in Dómino Deo spem meam,

ut annúntiem omnes operatiónes tuas *
 in portis fíliæ Sion.

Ant. Tenuísti, Dómine, manum déxteram meam. vj.

LECTIO BREVIS 1 Cor 12,12-13

Sicut corpus unum est et membra habet multa, ómnia autem membra córporis, cum sint multa, unum tamen corpus sunt: † ita et Christus. * Etenim in uno Spíritu omnes nos in unum corpus baptizáti sumus, † sive Iudǽi, sive Gentíles, sive servi, sive líberi; et omnes in uno Spíritu potáti sumus.

℣ Pater sancte, serva nos in nómine tuo.
℟ Ut simus consummáti in unum.

Oratio

Deus, qui Petro salvíficum tuum super gentes consílium revelásti, † éffice benígnus, * ut ópera nostra tibi grata reddántur, † ac tuo dilectiónis salutísque propósito te donánte desérviant. Per Christum.

Ad Nonam

Ant.

1. T.

Dómine non est exaltátum cor meum. E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 367.

LECTIO BREVIS 1 Cor 12,24b.25-26

Deus temperávit corpus, ut non sit schisma in córpore, † sed idípsum pro ínvicem sollícita sint membra. * Et si quid pátitur unum membrum, † compatiúntur ómnia membra; * sive gloriátur unum membrum, congáudent ómnia membra.

℣ Dómine Deus noster, cóngrega nos de natiónibus.
℟ Ut confiteámur nómini sancto tuo.


Oratio

Deus, qui Cornélio centurióni ángelum tuum misísti, ut viam ei salútis osténderet, † da nobis, quǽsumus, * in salvatiónem ómnium libéntius operári, † ut una cum eis, in Ecclésia tua, ad te perveníre possímus. Per Christum.


Ad Vesperas

HYMNUS


viij. T.



Sator princépsque témporum, * cla-



rum di- em labó- ribus noctémque qui sopó-



ribus fixo distínguis órdine,

Mentem tu castam dírige,
obscúra ne siléntia
ad dira cordis vúlnera
telis patéscant ínvidi.

Vacent ardóre péctora,
faces nec ullas pérferant,
quæ nostr*o* hæréntes sénsui
mentis vigórem sáucient.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

Ant. 1

3. T.

E - légit Dóminus Si- on in habi-tati-ónem sibi. E u o u a e.

Psalmus 131

Divina promissa domui David data

Dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius. (Lc 1,32)

Meménto, Dómine, David *
et omnis mansuetúdinis eius.

Quia iurávit Dómino, *
votum vovit Poténti Iacob:

„Non introíbo in tabernáculum domus meæ, *
non ascéndam in lectum strati mei;

non dabo somnum óculis meis *
et pálpebris meis dormitatiónem,

donec invéniam locum Dómino, *
tabernáculum Poténti Iacob.“

Ecce audívimus eam esse in Ephrata, *
invénimus eam in campis Iaar.

Ingrediámur in tabernáculum eius, *
adorémus ad scabéllum pedum eius.

Surge, Dómine, in réquiem tuam, *
tu et arca fortitúdinis tuæ.

Sacerdótes tui induántur iustítiam, *
et sancti tui exsúltent.

Propter David servum tuum *
non avértas fáciem christi tui.

Iurávit Dóminus David, *
véritas est, et non recédet ab ea:

„De fructu ventris tui *
ponam super sedem tuam.

Si custodíerint fílii tui testaméntum meum, *
et testimónia mea quæ docébo eos,

fílii eórum usque in sæculum *
sedébunt super sedem tuam.“

Quóniam elégit Dóminus Sion, *
desiderávit eam in habitatiónem sibi:

„Hæc réquies mea in sæculum sæculi; *
hic habitábo, quóniam desiderávi eam.

Cibária eius benedícens benedícam, *
páuperes eius saturábo pánibus.

Sacerdótes eius índuam salutári, *
et sancti eius exsultatióne exsultábunt.

Illic germináre fáciam cornu David, *
parábo lucérnam christo meo.

Inimícos eius índuam confusióne, *
super ipsum autem efflorébit diadéma eius.“ 

Ant. 1 Elégit Dóminus Sion in habitátionem sibi. 3.

Ant. 2

vj. T.

Benedíctus Dómi- nus De- us me- us.

E u o u a e.

Psalmus 143

Pro victoria et pace

Omnia possum in eo qui me confortat. (Phil 4,13)

I

Benedíctus Dóminus, præsídium meum, †
qui docet manus meas ad prœlium, *
et dígitos meos ad bellum.

Misericórdia mea et fortitúdo mea, *
refúgium meum et liberátor meus;

scutum meum, et in ipso sperávi, *
qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine, quid est homo, quod agnóscis eum, *
aut fílius hóminis, quod réputas eum?

Homo vanitáti símilis factus est, *
dies eius sicut umbra prætériens.

Dómine, inclína cælos tuos, et descénde; *
tange montes, et fumigábunt.

Fúlgura coruscatiónem, et díssipa eos; *
emítte sagíttas tuas, et contúrba eos.

Emítte manum tuam de alto; *
éripe me, et líbera me de aquis multis,

de manu filiórum alienigenárum, †
quorum os locútum est vanitátem, *
et déxtera eórum déxtera mendácii.

Ant. 2 Benedíctus Dóminus Deus meus. vj.

Ant. 3

8. T.

Be-á-tus pópulus cuius Dóminus De-us eius. E u o u a e.

II

Deus, cánticum novum cantábo tibi, *
in psaltério decachórdo psallam tibi,

qui das salútem régibus, *
qui rédimis David servum tuum de gládio malígno.

Eripe me, et líbera me *
de manu filiórum alienigenárum,

quorum os locútum est vanitátem, *
et déxtera eórum déxtera mendácii.

Fílii nostri sicut novéllæ crescéntes *
in iuventúte sua;

fíliæ nostræ sicut colúmnæ anguláres, *
sculptæ ut structúra templi.

Promptuária nostra plena, *
redundántia ómnibus bonis;

oves nostræ in mílibus †
innumerábiles in campis nostris, *
boves nostræ crassæ.


Non est ruína macériæ neque excúrsus, *
neque clamor in platéis nostris.

Beátus pópulus cui hæc sunt; *
beátus pópulus cuius Dóminus Deus eius.


Ant. 3 Beátus pópulus cuius Dóminus Deus eius. 8.

Ant. 4


7. T.



Sedé- bit Dóminus Rex in ætérnum:



Dóminus benedícet pópulo suo in pace.



E u o u a e.

Canticum **Ap 4,11; 5,9.10.12**

Hymnus redemptorum

Dignus es, Dómine Deus noster, *
accípere glóriam et honórem et virtútem;

quia tu creásti ómnia, *
et propter voluntátem tuam erant et creáta sunt.

Dignus es, Dómine, accípere librum *
et aperíre signácula eius,

quóniam occísus es †
et redemísti nos Deo in sánguine tuo *
ex omni tribu et língua et pópulo et natióne,

et fecísti nos Deo nostro regnum et sacerdótes, *
et regnábimus super terram.

Dignus est Agnus, qui occísus est, †
accípere virtútem et divinitátem et sapiéntiam *
et fortitúdinem et honórem et glóriam
et benedictiónem.


Ant. 4 Sedébit Dóminus Rex in ætérnum: Dóminus benedícet pópulo suo in pace. 7.


LECTIO BREVIS Rom 3,23-25a

Omnes peccavérunt, et egent glória Dei: † iustificáti sunt gratis per grátiam ipsíus, * per redemptiónem quæ est in Christo Iesu, † quem propósuit Deus propitiatiónem per fidem in sánguine ipsíus, ad ostensiónem iustítiæ suæ.

RESPONSORIUM BREVE

Adimplébis me lætí-ti- a * Cum vultu tuo, Dómine. Adimplébis. ℣. Delectati-





Ad Magnificat, ant.



Oratio

Dómine Deus, cuius est dies et cuius est nox, * concéde solem iustítiæ in nostris córdibus permanére, † ut ad lucem, quam inhábitas, perveníre possímus. Per Dóminum.

FERIA IV HEBDOMADÆ II

Ad Vigilias


VERSUS INVITATORIUS

Adorémus Dóminum, * Quóniam ipse fecit nos.


HYMNUS

viij. T.


O sator rerum, * reparátor ævi, Chri-



ste, rex regum, metu-énde censor, tu pre-



ces nostras pari-térque laudes súscipe cle-



mens.

Noctis en cursu tibi vota laudum
pángimus; præsta tibi sint ut apta,
nosque concéntu réfove perénni,
lúminis auctor.

Da dies nobis probitáte faustos
mortis ignáram tribuéndo vitam,
semper ut nostros tua sit per actus
glória perpes.

Ure cor nostrum, pius ure lumbos
igne divíno vigilésque nos fac,
semper ardéntes mánibus lucérnas
ut teneámus.

Æqua laus summum célebret Paréntem
teque, Salvátor, pie rex, per ævum;
Spíritus Sancti résonet per omnem
glória mundum. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. 1 Vidérunt omnes términi terræ salutáre Dei nostri. vij.

Psalmus 67

Triumphalis ingressus Domini

Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. (Eph 4,10)

I

Exsúrgit Deus, et dissipántur inimíci eius; *
et fúgiunt qui odérunt eum a fácie eius.

Sicut dissipátur fumus, tu díssipas; †
  sicut fluit cera a fácie ignis, *
  sic péreunt peccatóres a fácie Dei.

Et iusti lætántur et exsúltent in conspéctu Dei, *
  et delecténtur in lætítia.

Cantáte Deo, psalmum dícite nómini eius; †
  iter fácite ei qui fertur super nubes: *
  Dóminus nomen illi.

Iubiláte in conspéctu eius; †
  Pater orphanórum et iudex viduárum, *
  Deus in habitáculo sancto suo.

Deus, qui inhabitáre facit desolátos in domo, †
  qui edúcit vinctos in prosperitátem; *
  verúmtamen rebélles habitábunt in árida terra.

Deus, cum egrederéris in conspéctu pópuli tui, *
  cum pertransíres in desérto, terra mota est,

étiam cæli distillavérunt a fácie Dei Sínai, *
  a fácie Dei Israel.

Plúviam voluntáriam effundébas, Deus; *
  hereditátem tuam infirmátam, tu refecísti eam.

Animália tua habitábant in ea, *
  parásti in bonitáte tua páuperi, Deus.

Ant. 1 Vidérunt omnes términi terræ salutáre Dei nostri. vij.

Ant. 2 Dícite in géntibus, quia Dóminus regnávit; ipse iudicábit orbem terræ in æquitáte, et pópulos in veritáte sua. vij.

II

Dóminus dabit verbum; *
vírgines annuntiántes bona sunt agmen ingens:

„Reges exercítuum fúgiunt, fúgiunt, *
et spécies domus dívidit spólia.

Et vos dormítis inter médias cáulas: *
alæ colúmbæ nitébant argénto,
et pennæ eius pallóre auri.

Dum dispérgit Omnípotens reges super eam, *
nive dealbátur Selmon.“

Mons Dei mons Basan, *
mons cacúminum mons Basan.

Ut quid invidétis, montes cacúminum, †
monti in quo beneplácitum est Deo inhabitáre? *
Etenim Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem mília mílium: *
Dóminus venit de Sina in sancta.

Ascendísti in altum, captívam duxísti captivitátem; †
accepísti in donum hómines, *
ut étiam rebélles hábitent apud Dóminum Deum.

Benedíctus Dóminus die cotídie; *
portábit nos Deus salutárium nostrórum.

Deus noster, Deus ad salvándum; *
et Dómini, Dómini éxitus mortis.

Verúmtamen Deus confrínget cápita
inimicórum suórum, *
vérticem capillátum perambulántium
in delíctis suis.

Dixit Dóminus: „Ex Basan redúcam, *
redúcam de profúndo maris,

ut intingátur pes tuus in sánguine, *
lingua canum tuórum
ex inimícis portiónem invéniat.“

Ant. 2 Dícite in géntibus, quia Dóminus regnávit; ipse iudicábit orbem terræ in æquitáte, et pópulos in veritáte sua. vij.

Ant. 3 In ecclésiis benedícite Dóminum. viij.

III

Vidérunt ingréssus tuos, Deus, *
ingréssus Dei mei, regis mei in sancta.

Præcédunt cantóres, †
postrémi véniunt psalléntes, *
in médio iuvénculæ tympanístriæ.

„In ecclésiis benedícite Deo, *
Dómino, vos de fóntibus Israel.“

Ibi Béniamin adulescéntulus ducens eos, †
príncipes Iuda cum turma sua, *
príncipes Zábulon, príncipes Néphtali.

Manda, Deus, virtúti tuæ; *
confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

A templo tuo in Ierúsalem *
tibi ásferent reges múnera.

Increpa feram arúndinis, †
congregatiónem taurórum in vítulis populórum, *
prostérnant se cum láminis argénti.

Díssipa gentes quæ bella volunt. †
Vénient optimátes ex Ægýpto, *
Æthiópia prævéniet manus suas Deo.

Regna terræ, cantáte Deo, psállite Dómino, †
psállite Deo, qui fertur super cælum cæli
ad oriéntem; *
ecce dabit vocem suam, vocem virtútis.

Tribúite virtútem Deo. †
Super Israel magnificéntia eius *
et virtus eius in núbibus.

Mirábilis, Deus, de sanctuário tuo, †
Deus Israel ipse tríbuet virtútem
et fortitúdinem plebi suæ; *
benedíctus Deus.

Ant. 3 In ecclésiis benedícite Dóminum. viij.

℣ Sustínuit ánima mea in verbo eius.
℟ Sperávit ánima mea in Dómino.

Benedictio Deus misereátur nostri † et benedícat nobis. † ℟ Amen.

IN II NOCTURNO

Ant. 4 Tu es Deus qui facis mirabília. v.

Psalmus 82

Contra populi hostes

Impossibile est ut non veniant scandala; vae autem illi, per quem veniunt. (Lc 17,1)

*Deus, ne quiéscas, ne táceas, *
neque compescáris, Deus.*

*Quóniam ecce inimíci tui fremuérunt, *
et qui odérunt te, extulérunt caput.*

*Advérsus pópulum tuum malignavérunt consílium, *
et cogitavérunt advérsus eos quos abscondísti tibi.*

*Dixérunt: „Veníte, et disperdámus eos de gente, *
et non memorétur nomen Israel ultra.“*

*Quóniam cogitavérunt unanímiter, *
advérsum te testaméntum statuérunt:*

*tabernácula Idumæórum et Ismahelítæ, *
Moab et Agaréni,*

*Gebal et Ammon et Amalec, *
Philistǽa cum habitántibus Tyrum.*

*Etenim Assur sociabátur cum illis; *
facti sunt in adiutórium fíliis Lot.*

*Fac illis sicut Mádian et Sísarœ, *
sicut Iabin in torrénte Cisson.

*Disperiérunt in Endor, *
facti sunt ut stercus super terram.

*Pone duces eórum sicut Oreb et Zeb *
et Zébee et Sálmana, omnes príncipes eórum,

*qui dixérunt: *
„Hereditáte possideámus páscua Dei.“

*Deus meus, pone illos ut rotam, *
et sicut stípulam ante ventum.

*Sicut ignis qui combúrit silvam, *
et sicut flamma dévorans montes,

*ita persequéris illos in tempestáte tua, *
et in procélla tua turbábis eos.

*Imple fácies eórum ignomínia, *
et quærent nomen tuum, Dómine.

*Erubéscant et conturbéntur in sǽculum sǽculi, *
et confundántur et péreant;

*et cognóscant quia nomen tibi Dóminus: *
tu solus Altíssimus super omnem terram.

Ant. 4 Tu es Deus qui facis mirabília. v.

Vel: Ant. 4 Deus ádiuvat me, et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ. viij.

Psalmus 53

Imploratio auxilii

Orat propheta, ut in nomine Domini a persequentium malignitate liberetur. (Cassiodorus)

Deus, in nómine tuo salvum me fac, *
et in virtúte tua iúdica me.

Deus, exáudi oratiónem meam, *
áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam supérbi insurrexérunt advérsum me, †
et fortes quæsiérunt ánimam meam, *
et non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádiuvat me, *
et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

*Convérte mala super inimícos meos, **
et in veritáte tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, *
confitébor nómini tuo, Dómine,
quóniam bonum est;

quóniam ex omni tribulatióne erípuit me, *
  et super inimícos meos despéxit óculus meus.

Ant. 4 Deus ádiuvat me, et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ. viij.

Ant. 5 Salvásti nos, Dómine, et in nómine tuo confitébimur in sǽcula. ij.

Psalmus 43

Populi calamitates

In his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos.
(Rom 8,37)

Deus, áuribus nostris audívimus; †
patres nostri annuntiavérunt nobis *
  opus quod operátus es in diébus eórum,
    in diébus antíquis.

Tu manu tua gentes depulísti, et plantásti illos, *
  afflixísti pópulos, et dilatásti eos.

Nec enim in gládio suo possedérunt terram, *
  et brácchium eórum non salvávit eos;

sed déxtera tua et brácchium tuum
    et illuminátio vultus tui, *
  quóniam complacuísti in eis.

Tu es rex meus et Deus meus, *
qui mandas salútes Iacob.

In te inimícos nostros proiécimus; *
et in nómine tuo
conculcávimus insurgéntes in nobis.

Non enim in arcu meo sperábo, *
et gládius meus non salvábit me.

Tu autem salvásti nos de affligéntibus nos, *
et odiéntes nos confudísti.

In Deo gloriábimur tota die, *
et in nómine tuo confitébimur in sǽculum.

Nunc autem reppulísti et confudísti nos, *
et non egrediéris, Deus, cum virtútibus nostris.

Convertísti nos retrórsum coram inimícis nostris, *
et qui odérunt nos diripuérunt sibi.

Dedísti nos tamquam oves ad vescéndum, *
et in géntibus dispersísti nos.

Vendidísti pópulum tuum sine lucro, *
nec dítior factus es in commutatióne eórum.

Posuísti nos oppróbrium vicínis nostris, *
subsannatiónem et derísum his
qui sunt in circúitu nostro.

Posuísti nos similitúdinem in géntibus, *
  commotiónem cápitis in pópulis.

Tota die verecúndia mea contra me est, *
  et confúsio faciéi meæ coopéruit me,

a voce exprobrántis et obloquéntis, *
  a fácie inimíci et ultóris.

Hæc ómnia venérunt super nos, †
  nec oblíti sumus te; *
  et iníque non égimus in testaméntum tuum.

Et non recéssit retro cor nostrum, *
  nec declinavérunt gressus nostri a via tua;

sed humiliásti nos in loco vúlpium, *
  et operuísti nos umbra mortis.

Si oblíti fuérimus nomen Dei nostri, *
  et si expandérimus manus nostras ad deum aliénum,

nonne Deus requíret ista? *
  Ipse enim novit abscóndita cordis.

Quóniam propter te mortificámur tota die, *
  æstimáti sumus sicut oves occisiónis.

Evígila, quare obdórmis, Dómine? *
  Exsúrge, et ne repéllas in finem.

Quare fáciem tuam avértis, *
oblivísceris inópiæ nostræ et tribulatiónis nostræ?

Quóniam humiliáta est in púlvere ánima nostra, *
conglutinátus est in terra venter noster.

Exsúrge, Dómine, ádiuva nos; *
et rédime nos propter misericórdiam tuam.

Ant. 5 Salvásti nos, Dómine, et in nómine tuo confitébimur in sǽcula. ij.

Ant. 6 Sicut lætántium ómnium habitátio est in te. iv.

Psalmus 86

Ierusalem omnium gentium mater

Illa quæ sursum Ierusalem libera est, quæ est mater nostra.
(Gal 1,26)

Fundaménta eius in móntibus sanctis; †
díligit Dóminus portas Sion *
super ómnia tabernácula Iacob.

Gloriósa dicta sunt de te, *
cívitas Dei.

Memor ero Rahab et Babylónis inter sciéntes me; †
ecce Philistǽa et Tyrus cum Æthiópia, *
hi nati sunt illic.

Et de Sion dicétur: „Hic et ille natus est in ea, *
et ipse firmávit eam Altíssimus.“

Dóminus réferet in librum populórum: *
„Hi nati sunt illic.“

Et cantant sicut choros ducéntes: *
„Omnes fontes mei in te.“

Ant. 6 Sicut lætántium ómnium habitátio est in te. iv.

℣ Viam mandatórum tuórum, Dómine, fac me intellégere.
℟ Et exercébor in mirabílibus tuis.

Benedictio Benedictióne perpétua † benedícat nos Pater ætérnus. † ℟ Amen.


Ad Laudes matutinas


HYMNUS

ij. T.



F ulgéntis auctor ǽtheris, * qui lu-





Nox atra iam depéllitur,
mundi nitor renáscitur,
novúsque iam mentis vigor
dulces in actus érigit.

Laudes sonáre iam tuas
dies relátus ádmonet,
vultúsque cæli blándior
nostra serénat péctora.


Vitémus omne lúbricum,
declínet prava spíritus,
vitam facta non ínquinent,
linguam culpa non ímplicet;

Sed, sol diem dum cónficit,
fides profúnda férveat,
spes ad promíssa próvocet,
Christo coniúngat cáritas.


Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

Ant. 1

8. T.



Exsultáte Deo adiutóri nostro.



E u o u a e.

Psalmus 80

Sollemnis renovatio fœderis

Videte, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis.
(Hebr 3,12)

Exsultáte Deo, adiutóri nostro, *
iubiláte Deo Iacob.

Súmite psalmum et date týmpanum, *
psaltérium iucúndum cum cíthara.

Bucináte in neoménia tuba, *
in die plenæ lunæ, in sollemnitáte nostra.

Quia præcéptum in Israel est, *
 et iudícium Deo Iacob.

Testimónium in Ioseph pósuit illud, †
 cum exíret de terra Ægýpti; *
 sermónem quem non nóveram, audívi.

Divérti ab onéribus dorsum eius, *
 manus eius a cóphino recessérunt.

In tribulatióne invocásti me et liberávi te, †
 exaudívi te in abscóndito tempestátis, *
 probávi te apud aquam Meríba.

Audi, pópulus meus, et contestábor te, *
 Israel, útinam áudias me.

Non erit in te deus aliénus *
 neque adorábis deum extráneum.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, †
 qui edúxi te de terra Ægýpti; *
 dioláta os tuum, et implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam, *
 et Israel non inténdit mihi.

Et dimísi eos secúndum durítiam cordis eórum, *
 ibunt in adinventiónibus suis.

Si pópulus meus audísset me, *
 Israel si in viis meis ambulásset,

in brevi inimícos eórum humiliássem, *
et super tribulántes eos misíssem manum meam.

Inimíci Dómini blandiréntur ei, *
et esset sors eórum in sǽcula;

et cibárem eos ex ádipe fruménti, *
et de petra melle saturárem eos.

Ant. 1 Exsultáte Deo adiutóri nostro. 8.

Ant. 2

viij. T.

Be-áti qui hábi-tant in domo tua, Dómine. E u o u a e.

Psalmus 83

Desiderium templi Domini

Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. (Hebr 13,14)

Quam diléсta tabernácula tua, Dómine virtútum. *
Concupíscit et déficit ánima mea
in átria Dómini.

Cor meum et caro mea *
exsultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum, †
et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos: *
altária tua, Dómine virtútum,
rex meus et Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua, *
in perpétuum laudábunt te.

Beátus vir cuius est auxílium abs te, *
ascensiónes in corde suo dispósuit.

Transeúntes per vallem sitiéntem
in fontem ponent eam, *
étenim benedictiónibus véstiet eam plúvia matutína.

Ibunt de virtúte in virtútem, *
vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum, exáudi oratiónem meam; *
áuribus pércipe, Deus Iacob.

Protéctor noster, áspice, Deus, *
et réspice in fáciem christi tui.

Quia mélior est dies una in átriis tuis super mília, †
elégi ad limen esse in domo Dei mei, *
magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia sol et scutum est Dóminus Deus, †
grátiam et glóriam dabit Dóminus; *
non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia.

Dómine virtútum, *
beátus homo qui sperat in te.

Ant. 2 Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine. viij.

Ant. 3

j. T.

Dómi- nus iudicábit fines terræ.

E u o u a e.

Canticum 1 Sam 2,1-10

Humilium exsultatio in Deo

Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles; esurientes implevit bonis. (Lc 1,52-53)

Exsultávit cor meum in Dómino, *
exaltátum est cornu meum in Deo meo;

dilatátum est os meum super inimícos meos, *
quóniam lætáta sum in salutári tuo.

Non est sanctus ut est Dóminus; †
neque enim est álius extra te, *
et non est fortis sicut Deus noster.

Nolíte multiplicáre loqui sublímia *
gloriántes.

Recédant supérba de ore vestro, †
quia Deus scientiárum Dóminus est, *
et ab eo ponderántur actiónes.

Arcus fórtium confráctus est, *
et infírmi accíncti sunt róbore.

Saturáti prius pro pane se locavérunt, *
et famélici non eguérunt ámplius.

Stérilis péperit plúrimos, *
et quæ multos habébat fílios emárcuit.

Dóminus mortíficat et vivíficat, *
dedúcit ad inférnum et redúcit.

Dóminus páuperem facit et ditat, *
humíliat et súblevat;

súscitat de púlvere egénum *
et de stércore élevat páuperem,

ut sédeat cum princípibus, *
et sólium glóriæ téneat.

Dómini enim sunt cárdines terræ, *
et pósuit super eos orbem.

Pedes sanctórum suórum servábit †
et ímpii in ténebris conticéscent, *
quia non in fortitúdine sua roborábitur vir.

Dóminus cónteret adversários suos; *
super ipsos in cælis tonábit.


Dóminus iudicábit fines terræ †
et dabit impérium regi suo *
et sublimábit cornu christi sui.

Ant. 3 Dóminus iudicábit fines terræ. j.


Ant. 4

iv. T.





ni: quóni- am venit iudicáre terram.



E u o u a e.

Psalmus 97

Dominus victor in iudicio

Hic psalmus priorem Domini adventum significat et fidem omnium gentium. (S. Athanasius)

Cantáte Dómino cánticum novum, *
quia mirabília fecit.

Salvávit sibi déxtera eius, *
et brácchium sanctum eius.

Notum fecit Dóminus salutáre suum, *
in conspéctu géntium revelávit iustítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ *
et veritátis suæ dómui Israel.

Vidérunt omnes términi terræ *
salutáre Dei nostri.

Iubiláte Deo, omnis terra, *
erúmpite, exsultáte et psállite.

Psállite Dómino in cíthara, *
in cíthara et voce psalmi;

in tubis ductílibus et voce tubæ córneæ, *
iubiláte in conspéctu regis Dómini.

Sonet mare et plenitúdo eius, *
orbis terrárum et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, †
simul montes exsultábunt a conspéctu Dómini, *
quóniam venit iudicáre terram.

Iudicábit orbem terrárum in iustítia *
et pópulos in æquitáte.


Ant. 4 Iubiláte in conspéctu Regis Dómini: quóniam venit iudicáre terram. iv.

LECTIO BREVIS Rom 8,35.37

Quis nos separábit a caritáte Christi? † Tribulátio, an angústia, an fames, an núditas, an perículum, an persecútio, an gládius? * Sed in his ómnibus superámus, propter eum qui diléxit nos.

RESPONSORIUM BREVE


Benedícam Dóminum * In omni témpore. Benedícam. ℣. Semper laus eius in



Ad Benedictus, ant.

vij. T.

In sancti-táte servi- ámus Dómino,





E u o u a e.


Oratio


Emítte, quǽsumus, Dómine, in corda nostra tui lúminis claritátem, * ut in via mandatórum tuórum iúgiter ambulántes, † nihil umquam patiámur erróris. Per Dóminum.

Ad Tertiam

Ant.

ij. T.





Psalmi, ut in dominica, 359.

LECTIO BREVIS Deut 1,16-17a

Iudícibus præcépi dicens: † Audíte fratres vestros et quod iustum est iudicáte, sive civis sit ille, sive peregrínus. * Nulla erit distántia personárum: † ita parvum audiétis ut magnum, nec accipiétis cuiúsquam persónam, quia Dei iudícium est.

℣ Iustus Dóminus et iustítias diléxit.
℟ Recti vidébunt vultum eius.

Oratio

Dómine, Pater sancte, Deus fidélis, qui promíssum Spíritum misísti, ut hómines per peccátum dispérsos congregáres, † fac nos in mundo unitátis pacísque múnere confovére. Per Christum.

Ad Sextam

Ant.

viij. T.

Susténta me, et salvus ero, Dómi-

ne. E u o u a e.

Psalmus 118

XIII

Quómodo diléxi legem tuam, Dómine; *
tota die meditátio mea est.

Super inimícos meos sapiéntem me fecit
præcéptum tuum, *
quia in ætérnum mihi est.

Super omnes docéntes me prudens factus sum, *
quia testimónia tua meditátio mea est.

Super senes intelléxi, *
quia mandáta tua servávi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos, *
ut custódiam verba tua.

A iudíciis tuis non declinávi, *
quia tu legem posuísti mihi.

Quam dúlcia fáucibus meis elóquia tua, *
super mel ori meo.

A mandátis tuis intelléxi; *
proptérea odívi omnem viam mendácii.

XV

Dúplices corde ódio hábui, *
et legem tuam diléxi.

Tegmen et scutum meum es tu, *
et in verbum tuum supersperávi.

Declináte a me, malígni, *
et servábo præcépta Dei mei.

Súscipe me secúndum elóquium tuum, et vivam; *
et non confúndas me ab exspectatióne mea.

Susténta me et salvus ero, *
et delectábor in iustificatiónibus tuis semper.

Sprevísti omnes discedéntes a iustificatiónibus tuis, *
quia mendácium cogitátio eórum.

Quasi scóriam delésti omnes peccatóres terræ; *
ídeo diléxi testimónia tua.

Hórruit a timóre tuo caro mea; *
a iudíciis enim tuis tímui.

XVI

Feci iudícium et iustítiam; *
non tradas me calumniántibus me.

Sponde pro servo tuo in bonum; *
non calumniéntur me supérbi.

Oculi mei defecérunt in desidério salutáris tui *
et elóquii iustítiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam, *
et iustificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego; *
da mihi intelléctum, ut sciam testimónia tua.

Tempus faciéndi Dómino; *
dissipavérunt legem tuam.

Ideo diléxi præcépta tua, *
super aurum et obrýzum.

Proptérea ad ómnia mandáta tua dirigébar, *
omnem viam mendácii ódio hábui.

Ant. Susténta me, et salvus ero, Dómine. viij.

LECTIO BREVIS Is 55,8-9

Cogitatiónes meæ non sunt cogitatiónes vestræ, † neque viæ vestræ viæ meæ, dicit Dóminus. * Quia sicut exaltántur cæli a terra, sic exaltátæ sunt viæ meæ a viis vestris, † et cogitatiónes meæ a cogitatiónibus vestris.

℣ Dómine Deus virtútum, quis símilis tibi?
℟ Potens es, Dómine, et véritas tua in circúitu tuo.

Oratio

Omnípotens et miséricors Deus, qui nos die média respiráre concédis, † quos cóepimus propítius intuére labóres, * et, sanans quæ delíquimus, † fac eos ad finem tibi plácitum perveníre. Per Christum.

Ad Nonam

Ant.

1. T.

Speret Israel in Dómino.

E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 367.

LECTIO BREVIS 1 Sam 16,7b

Non iuxta intúitum hóminis ego iúdico; * homo enim videt ea quæ parent, † Dóminus autem intuétur cor.

℣ Proba me, Deus, et scito cor meum.
℟ Deduc me in via ætérna.

Oratio

Dómine Iesu Christe, qui manus tuas in cruce ad salvándos hómines extendísti, * concéde, ut actus nostri tibi reddántur accépti, † et opus tuæ redemptiónis in mundo váleant declaráre. Qui vivis.

Ad Vesperas

HYMNUS

viij. T.

Sol, ecce lentus óccidens * montes et arv-*a* et æquora mæstus relínquit, ínnovat sed lucis omen crástinæ,

Mirántibus mortálibus
sic te, Creátor próvide,
leges vicésque témporum
umbris dedíss*e* et lúmini.

Ac dum, ténebris æthera
siléntio preméntibus,
vigor labórum déficit,
quies cupíta quǽritur,


Spe nos fidéque dívites
tui beámur lúmine
Verbi, quod est a sǽculis
splendor patérnæ glóriæ.

Est ille sol qui nésciat
ortum vel umquam vésperum;
quo terra gestit cóntegi,
quo cæl*i* in ævum iúbilant.


Hac nos seréna pérpetim
da luce tandem pérfrui,
cum Nat*o* et almo Spíritu
tibi novántes cántica. Amen.

Ant. 1

8. T.



Illuminá- ti- o me- a, et salus me- a



Dóminus. E u o u a e.

Psalmus 26

In periculis fiducia

Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. (Ap 21,3)

I

Dóminus illuminátio mea et salus mea, *
quem timébo?

Dóminus protéctor vitæ meæ, *
a quo trepidábo?

Dum appropíant super me nocéntes, *
ut edant carnes meas;

qui tríbulant me et inimíci mei, *
ipsi infirmáti sunt et cecidérunt.

Si consístant advérsum me castra, *
non timébit cor meum;

si exsúrgat advérsum me prœlium, *
in hoc ego sperábo.

Unum pétii a Dómino, hoc requíram: *
ut inhábitem in domo Dómini
ómnibus diébus vitæ meæ,

ut vídeam voluptátem Dómini, *
et vísitem templum eius.

Quóniam occultábit me in tentório suo,
in die malórum. †
Abscóndet me in abscóndito tabernáculi sui, *
in petra exaltábit me.

Et nunc exaltátur caput meum *
super inimícos meos in circúitu meo.

Immolábo in tabernáculo eius hóstias vociferatiónis, *
cantábo et psalmum dicam Dómino.

Ant. 1 Illuminátio mea, et salus mea Dóminus. 8.

Ant. 2

iv. T.

Credo vidé-re bona Dómini in ter-ra vi-vénti- um. E u o u a e.

II

Exáudi, Dómine, vocem meam qua clamávi, *
miserére mei et exáudi me.

De te dixit cor meum: †
„Exquírite fáciem eius“; *
fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me, *
ne declínes in ira a servo tuo.

Adiútor meus es tu, ne me reícias, *
neque derelínquas me, Deus salútis meæ.

Quóniam pater meus et mater mea
derelinquérunt me, *
Dóminus autem assúmpsit me.

Osténde mihi, Dómine, viam tuam, *
et dírige me in sémitam rectam
propter inimícos meos.


Ne tradíderis me in ánimam tribulántium me; †
quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, *
et qui violéntiam spirant.

Credo vidére bona Dómini *
in terra vivéntium.


Exspécta Dóminum, viríliter age, *
et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum.

Ant. 2 Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium. iv.

Ant. 3



A viro iníquo líbera me, Dómi-



ne. E u o u a e.

Psalmus 139

Tu es refugium meum

Filius hominis tradetur in manus peccatorum. (Mt 26,45)

Eripe me, Dómine, ab hómine malo, *
a viro violéntiæ serva me.

Qui cogitavérunt mala in corde, *
tota die constituébant prœ́lia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis, *
venénum áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me, Dómine, de manu peccatóris, †
et a viro violéntiæ serva me, *
qui cogitavérunt supplantáre gressus meos.

Abscondérunt supérbi láqueum mihi, †
et funes extendérunt in rete, *
iuxta iter offendícula posuérunt mihi.

Dixi Dómino: „Deus meus es tu; *
áuribus pércipe, Dómine,
vocem deprecatiónis meæ.“

Dómine, Dómine, virtus salútis meæ, *
obumbrásti caput meum in die belli.

Ne concédas, Dómine, desidéria ímpii; *
consília eius ne perfícias.

*Exáltant caput qui circúmdant me, **
malítia labiórum ipsórum opériat eos.

*Cadant super eos carbónes ignis, **
in fóveas deícias eos, et non exsúrgant.

*Vir linguósus non firmábitur in terra, **
virum violéntiæ mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus iudícium ínopis, *
et vindíctam páuperum.

Verúmtamen iusti confitebúntur nómini tuo, *
et habitábunt recti in conspéctu tuo.

Ant. 3 A viro iníquo líbera me, Dómine. 4.

Ant. 4

viij. T.

Ecce dedi te in lucem génti- um, ut sis salus me- a usque ad extrémum terræ. E u o u a e.

Canticum Col 1,12-20

Christus primogenitus omnis creaturæ et primogenitus ex mortuis

Grátias agámus Deo Patri, *
qui dignos nos fecit
in partem sortis sanctórum in lúmine,

qui erípuit nos de potestáte tenebrárum *
et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suæ,

in quo habémus redemptiónem per sánguinem eius, *
remissiónem peccatórum.

Qui est imágo Dei invisíbilis, *
primogénitus omnis creatúræ;

quóniam in ipso cóndita sunt univérsa †
in cælis et in terra, *
visibília et invisibília,

sive throni sive dominatiónes *
sive principátus sive potestátes:

ómnia per ipsum et in ipso creáta sunt †
et ipse est ante omnes, *
et ómnia in ipso constant.

Et ipse est caput córporis Ecclésiæ, †
qui est princípium, primogénitus ex mórtuis, *
ut sit in ómnibus ipse primátum tenens;

quia in ipso complácuit omnem
plenitúdinem inhabitáre, *
et per eum reconciliáre ómnia in ipsum,

pacíficans per sánguinem crucis eius *
sive quæ in terris sive quæ in cælis sunt.

Ant. 4 Ecce dedi te in lucem géntium, ut sis salus mea usque ad extrémum terræ. viij.


LECTIO BREVIS 1 Petr 5,5b-7

Omnes ínvicem humilitátem insinuáte, quia Deus supérbis resístit, † humílibus autem dat grátiam. * Humiliámini ígitur sub poténti manu Dei, † ut vos exáltet in témpore visitatiónis, * omnem sollicitúdinem vestram proiciéntes in eum, quóniam ipsi cura est de vobis.


RESPONSORIUM BREVE

Custódi nos, Dómine, * Ut pupíllam

óculi. Custódi. ℣. Sub umbra alárum tu-



Ad Magnificat, ant.



Oratio

Deus, cuius sanctum est nomen et misericórdia a progénie in progénies celebrátur, * pópulum tuum súscipe supplicántem, † eíque tríbue perpétuo te magnificáre præcónio. Per Dóminum.

FERIA V HEBDOMADÆ II


Ad Vigilias

VERSUS INVITATORIUS


In manu tua, Dómine, * Omnes fines terræ.

HYMNUS


ij. T.



A - les di- é-i núnti- us * lucem pro-



pínquam præcinit; nos exci-tátor ménti-



um iam Christus ad vi- tam vocat.

„Auférte - clamat - léctulos
ægro sopóre désides;
castíque, rect*i* ac sóbrii
vig*i*láte; iam sum próximus.“

Ut, cum corúscis flátibus
auróra cælum spárserit,
omnes labór*e* exércitos
confírmet ad spem lúminis,

Iesum ciámus vócibus
flentes, precántes, sóbrii;
inténta supplicátio
dormíre cor mundum vetat.

Tu, Christe, somnum dísice
tu rumpe noctis víncula,
tu solve peccátum vetus
novúmque lumen íngere.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. 1 Misericórdia et véritas præcédent fáciem tuam, Dómine. 1.

Psalmus 88

Misericordiæ Domini super domum David

Deus ex semine David secundum promissionem eduxit Salvatorem Iesu. (Act 13,22-23)

I

Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo, *
in generatiónem et generatiónem
annuntiábo veritátem tuam in ore meo.

Quóniam dixísti: †
„In ætérnum misericórdia ædificábitur“, *
in cælis firmábitur véritas tua.

„Dispósui testaméntum elécto meo, *
iurávi David servo meo:

Usque in ætérnum confirmábo semen tuum, *
et ædificábo in generatiónem
et generatiónem sedem tuam.“

Confitebúntur cæli mirabília tua, Dómine, *
étenim veritátem tuam in ecclésia sanctórum.

Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino, *
símilis erit Dómino in fíliis Dei?

Deus, metuéndus in consílio sanctórum, *
magnus et terríbilis super omnes
qui in circúitu eius sunt.

Dómine Deus virtútum, quis símilis tibi? *
Potens es, Dómine, et véritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris supérbiæ maris, *
elatiónes flúctuum eius tu mítigas.

Tu conculcásti sicut vulnerátum Rahab, *
in brácchio virtútis tuæ dispersísti inimícos tuos.

Tui sunt cæli, et tua est terra, *
orbem terræ et plenitúdinem eius tu fundásti.

Aquilónem et Austrum tu creásti, *
Thabor et Hermon in nómine tuo exsultábunt.

Tibi brácchium cum poténtia; *
firma est manus tua, et exaltáta déxtera tua.

Iustítia et iudícium firmaméntum sedis tuæ. *
Misericórdia et véritas præcédent fáciem tuam.

Beátus pópulus qui scit iubilatiónem; *
Dómine, in lúmine vultus tui ambulábunt,

et in nómine tuo exsultábunt tota die, *
et in iustítia tua exaltabúntur.

Quóniam decor virtútis eórum tu es, *
et in beneplácito tuo exaltábitur cornu nostrum.

Quia Dómini est scutum nostrum, *
et sancti Israel rex noster.

Ant. 1 Misericórdia et véritas præcédent fáciem tuam, Dómine. 1.

Ant. 2 Semel iurávi David servo meo: semen eius in ætérnum manébit. vij.

II

Tunc locútus es in visióne sanctis tuis, et dixísti: †
„Pósui adiutórium in poténte, *
et exaltávi eléctum de plebe.

Invéni David servum meum; *
óleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea firma erit cum eo, *
et brácchium meum confortábit eum.

Nihil profíciet inimícus in eo, *
et fílius iniquitátis non ópprimet eum.

Et concídam a fácie ipsíus inimícos eius, *
et odiéntes eum percútiam.

Et véritas mea et misericórdia mea cum ipso *
et in nómine meo exaltábitur cornu eius.

Et ponam super mare manum eius, *
et super flúmina déxteram eius.

Ipse invocábit me: Pater meus es tu, *
Deus meus et refúgium salútis meæ.

Et ego primogénitum ponam illum, *
excélsum præ régibus terræ.

In ætérnum servábo illi misericórdiam meam, *
et testaméntum meum fidéle ipsi.

Et ponam in sǽculum sǽculi semen eius, *
et thronum eius sicut dies cæli.

Si autem derelíquerint fílii eius legem meam, *
et in iudíciis meis non ambuláverint;

si iustificatiónes meas profanáverint, *
  et mandáta mea non custodíerint:

visitábo in virga delíctum eórum, *
  et in verbéribus iniquitátem eórum.

Misericórdiam autem meam non avértam ab eo, *
  neque méntiar in veritáte mea.

Non profanábo testaméntum meum, *
  et quæ procédunt de lábiis meis, non fáciam írrita.

Semel iurávi in sancto meo: *
  si David méntiar.

Semen eius in ætérnum manébit, *
  et thronus eius sicut sol in conspéctu meo,

et sicut luna firmus stabit in ætérnum, *
  et testis in cælo fidélis.“

Ant. 2 Semel iurávi David servo meo: semen eius in ætérnum manébit. vij.

Ant. 3 Fac benígne in bona voluntáte tua, ut ædificéntur, Dómine, muri Ierúsalem. 3.

III

Tu vero reppulísti et reiecísti, *
  irátus es contra christum tuum;

evertísti testaméntum servi tui, *
profanásti in terram diadéma eius.

Destruxísti omnes muros eius, *
posuísti munitiónes eius in ruínas.

Diripuérunt eum omnes transeúntes viam, *
factus est oppróbrium vicínis suis.

Exaltásti déxteram depriméntium eum, *
lætificásti omnes inimícos eius.

Avertísti áciem gládii eius, *
et non es auxiliátus ei in bello.

Finem posuísti splendóri eius, *
et sedem eius in terram collisísti.

Minorásti dies iuventútis eius, *
perfudísti eum confusióne.

Usquequo, Dómine, abscondéris in finem, *
exardéscet sicut ignis ira tua?

Memoráre quam brevis mea substántia. *
Ad quam vanitátem creásti omnes fílios hóminum?

Quis est homo qui vivet et non vidébit mortem, *
éruet ánimam suam de manu ínferi?

Ubi sunt misericórdiæ tuæ antíquæ, Dómine, *
sicut iurásti David in veritáte tua?

Memor esto, Dómine, oppróbrii servórum tuórum, *
quod contínui in sinu meo, multárum géntium,

quo exprobravérunt inimíci tui, Dómine, *
quo exprobravérunt vestígia christi tui.

Benedíctus Dóminus in ætérnum. *
Fiat, fiat.

Ant. 3 Fac benígne in bona voluntáte tua, ut ædificéntur, Dómine, muri Ierúsalem. 3.

℣ Fáciem tuam illúmina super servum tuum, Dómine.
℟ Et doce me iustificatiónes tuas.

Benedictio Ignem sui amóris † accéndat Deus in córdibus nostris. † ℟ Amen.

IN II NOCTURNO

Ant. 4 Ut non delínquam in lingua mea. 1.

Psalmus 38

Ægrotantis deprecatio

Vanitati creatura subiecta est... propter eum qui subiecit eam in spe. (Rom 8,20)

Dixi: „Custódiam vias meas, *
ut non delínquam in lingua mea;

ponam ori meo custódiam, *
donec consístit peccátor advérsum me.“

Tacens obmútui, et sílui absque ullo bono, *
et dolor meus renovátus est.

Concáluit cor meum intra me, *
et in meditatióne mea exársit ignis.

Locútus sum in lingua mea: *
„Notum fac mihi, Dómine, finem meum;

et númerum diérum meórum quis est, *
ut sciam, quam brevis sit vita mea.“

Ecce paucórum palmórum fecísti dies meos, *
et spátium vitæ meæ tamquam níhilum ante te.

Etenim univérsa vánitas,
omnis homo constitútus est. *
Etenim ut imágo pertránsit homo.

Etenim vánitas est, et concitátur; *
thesaurízat, et ignórat quis congregábit ea.

Et nunc quæ est exspectátio mea, Dómine? *
Spes mea apud te est.

Ab ómnibus iniquitátibus meis érue me, *
oppróbrium insipiénti ne ponas me.

Obmútui et non apériam os meum, *
quóniam tu fecísti.

Amove a me plagas tuas: *
ab ictu manus tuæ ego deféci.

In increpatiónibus, propter iniquitátem,
corripuísti hóminem, †
et tabéscere fecísti sicut tínea desiderabília eius. *
Etenim vánitas omnis homo.

Exáudi oratiónem meam, Dómine, *
et clamórem meum áuribus pércipe.

Ad lácrimas meas ne obsurdéscas; †
quóniam ádvena ego sum apud te, *
peregrínus sicut omnes patres mei.

Avértere a me, ut refrígerer, *
priúsquam ábeam, et non sim ámplius.

Ant. 4 Ut non delínquam in lingua mea. 1.

Ant. 5 Respéxit me, et exaudívit deprecatiónem meam Dóminus. viij.

Psalmus 39

Gratiarum actio et auxilii petitio

Hostiam et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi.
(Hebr 10,5)

I

Exspéctans exspectávi Dóminum, *
et inténdit mihi.

Et exaudívit clamórem meum, *
et edúxit me de lacu misériæ et de luto fæcis;

et státuit super petram pedes meos, *
et firmávit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum novum, *
carmen Deo nostro.

Vidébunt multi et timébunt, *
et sperábunt in Dómino.

Beátus vir qui pósuit Dóminum spem suam, *
et non respéxit supérbos
et declinántes in mendácium.

Multa fecísti tu, Dómine Deus meus, mirabília tua; †
et cogitatiónes tuas pro nobis; *
non est qui símilis sit tibi.

Si nuntiáre et éloqui volúero, *
multiplicabúntur super númerum.

Sacrifícium et oblatiónem noluísti, *
aures autem fodísti mihi.

Holocáustum et pro peccáto non postulásti, *
tunc dixi: „Ecce vénio.

In volúmine libri scriptum est de me *
fácere voluntátem tuam.

Deus meus, vólui, *
et lex tua in præcórdiis meis."

Ant. 5 Respéxit me, et exaudívit deprecatiónem meam Dóminus. viij.

Ant. 6 Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me: Dómine, ad adiuvándum me réspice. ij.

II

Annuntiávi iustítiam tuam in ecclésia magna; *
ecce lábia mea non prohibébo,
Dómine, tu scisti.

Iustítiam tuam non abscóndi in corde meo, *
veritátem tuam et salutáre tuum dixi.

Non abscóndi misericórdiam tuam *
  et veritátem tuam ab ecclésia magna.

Tu autem, Dómine,
    ne prohíbeas miseratiónes tuas a me; *
  misericórdia tua et véritas tua
    semper suscípiant me.

Quóniam circumdedérunt me mala
    quorum non est númerus, †
  comprehendérunt me iniquitátes meæ, *
  et non pótui vidére.

Multiplicátæ sunt super capíllos cápitis mei, *
  et cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me; *
  Dómine, ad adiuvándum me festína.

Confundántur et revereántur simul *
  qui quærunt ánimam meam, ut áuferant eam.

Avertántur retrórsum et erubéscant, *
  qui volunt mihi mala.

Obstupéscant propter confusiónem suam, *
  qui dicunt mihi: „Euge, euge.“

Exsúltent et læténtur in te omnes quæréntes te, *
  et dicant semper: „Magnificétur Dóminus“
    qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem egénus et pauper sum; *
Dóminus sollícitus est mei.

Adiútor meus et liberátor meus tu es; *
Deus meus, ne tardáveris.

Ant. 6 Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me: Dómine, ad adiuvándum me réspice. ij.


℣ Dómine, ad quem íbimus?
℟ Verba vitæ ætérnæ habes.

Benedictio Ille nos benedícat, † qui sine fine vivit et regnat. † ℟ Amen.


Ad Laudes matutinas

HYMNUS


ij. T.



I am lucis orto sídere * De-um pre-



cémur súpplices, ut in di- úrnis áctibus



nos servet a nocéntibus.

Linguam refrénans témperet,
ne litis horror ínsonet;
visum fovéndo cóntegat,
ne vanitátes háuriat.


Sint pura cordis íntima,
absístat et vecórdia;
carnis terat supérbiam
potus cibíque párcitas;

Ut, cum dies abscésserit
noctémque sors redúxerit,
mundi per abstinéntiam
ipsi canámus glóriam.


Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

Ant. 1


vij. T.



E - leváta est magnificénti- a tua su-



per cælos Dómine, Dóminus noster.



E u o u a e.

Psalmus 8

Maiestas Domini et dignitas hominis

Omnia subiecit sub pedibus eius, et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam. (Eph 1,22)

Dómine, Dóminus noster, *
quam admirábile est nomen tuum
in univérsa terra;

quóniam eleváta est magnificéntia tua *
  super cælos.

Ex ore infántium et lacténtium †
  perfecísti laudem propter inimícos tuos, *
  ut déstruas inimícum et ultórem.

Quando vídeo cælos tuos, ópera digitórum tuórum, *
  lunam et stellas quæ tu fundásti:

quid est homo, quod memor es eius? *
  Aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab ángelis, †
  glória et honóre coronásti eum; *
  et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecísti sub pédibus eius, †
  oves et boves univérsas, *
  ínsuper et pécora campi,

vólucres cæli et pisces maris, *
  quæcúmque perámbulant sémitas maris.

Dómine, Dóminus noster, *
  quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra.

Ant. 1 Eleváta est magnificéntia tua super cælos, Dómine, Dóminus noster. vij.

Ant. 2

vj. T.

Dómine refúgi- um factus es nobis.

E u o u a e.

Psalmus 89

Sit splendor Domini super nos

Unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus. (2 Petr 3,8)

Dómine, refúgium factus es nobis *
a generatióne in generatiónem.

Priúsquam montes nasceréntur †
aut gignerétur terra et orbis, *
a sǽculo et usque in sǽculum tu es Deus.

Redúcis hóminem in púlverem; *
et dixísti: „Revertímini, fílii hóminum."

Quóniam mille anni ante óculos tuos
tamquam dies hestérna quæ prætériit, *
et custódia in nocte.

Perfúndis eos somno, *
erunt mane sicut herba succréscens:

mane floret et crescit, *
véspere décidit et aréscit.

Quia defécimus in ira tua, *
et in furóre tuo turbáti sumus.

Posuísti iniquitátes nostras in conspéctu tuo, *
occúlta nostra in illuminatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies nostri evanuérunt in ira tua, *
consúmpsimus ut suspírium annos nostros.

Dies annórum nostrórum sunt septuagínta anni, *
aut in valéntibus octogínta anni,

et maior pars eórum labor et dolor, *
quóniam cito tránseunt, et avolámus.

Quis novit potestátem iræ tuæ, *
et secúndum timórem tuum indignatiónem tuam?

Dinumeráre dies nostros sic doce nos, *
ut inducámus cor ad sapiéntiam.

Convértere, Dómine, úsquequo? *
Et deprecábilis esto super servos tuos.

Reple nos mane misericórdia tua, *
et exsultábimus et delectábimur
ómnibus diébus nostris.

Lætífica nos pro diébus quibus nos humiliásti, *
pro annis quibus vídimus mala.

Appáreat servis tuis opus tuum, *
et decor tuus fíliis eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, †
et ópera mánuum nostrárum confírma super nos, *
et opus mánuum nostrárum confírma.

Ant. 2 Dómine, refúgium factus es nobis. vj.

Ant. 3

viij. T.

Convérsus est furor tuus, Dómine, et conso- látus es me. E u o u a e.

Canticum Is 12,1-6

Populi redempti exsultatio

Si quis sitit, veniat ad me et bibat. (Io 7,37)

Confitébor tibi, Dómine,
quóniam cum irátus eras mihi, *
convérsus est furor tuus, et consolátus es me.

Ecce Deus salútis meæ; *
fiduciáliter agam et non timébo,

quia fortitúdo mea et laus mea Dóminus, *
et factus est mihi in salútem.

Et hauriétis aquas in gáudio *
de fóntibus salútis;

et dicétis in die illa: *
„Confitémini Dómino et invocáte nomen eius,

notas fácite in pópulis adinventiónes eius; *
mementóte quóniam excélsum est nomen eius.

Cantáte Dómino, quóniam magnífice fecit, *
notum sit hoc in univérsa terra.

Exsúlta et lauda, quæ hábitas in Sion, *
quia magnus in médio tui Sanctus Israel.“

Ant. 3 Convérsus est furor tuus, Dómine, et consolátus es me. viij.

Ant. 4

1. T.

Lauda, Ierúsalem, Dóminum.

E u o u a e.

Psalmus 147

Instauratio Ierusalem

Veni, et ostendam tibi sponsam, uxorem Agni. (Ap 21,9)

Lauda, Ierúsalem, Dóminum; *
colláuda Deum tuum, Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum, *
benedíxit fíliis tuis in te.

Qui ponit fines tuos pacem, *
et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ, *
velóciter currit verbum eius.

Qui dat nivem sicut lanam, *
  pruínam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas; *
  ante fáciem frígoris eius quis sustinébit?

Emíttet verbum suum et liquefáciet ea, *
  flabit spíritus eius, et fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Iacob, *
  iustítias et iudícia sua Israel.

Non fecit táliter omni natióni, *
  et iudícia sua non manifestávit eis.


Ant. 4 Lauda, Ierúsalem, Dóminum. 1.

LECTIO BREVIS Rom 14,17-19

Non est regnum Dei esca et potus, sed iustítia et pax et gáudium in Spíritu Sancto. † Qui enim in hoc servit Christo, placet Deo et probátus est homínibus. * Itaque quæ pacis sunt sectémur, et quæ ædificatiónis sunt in ínvicem custodiámus.

RESPONSORIUM BREVE

In matutínis, Dómine, * Medi-tábor



Ad Benedictus, ant.



Oratio

Te lucem veram et lucis auctórem, Dómine, deprecámur, † ut, quæ sancta sunt, fidéliter meditántes, in tua iúgiter claritáte vivámus. Per Dóminum.

Ad Tertiam

Ant.

v. T.

Dóminus ædíficet nobis domum, et custódi- at civi-tátem. E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 359.

LECTIO BREVIS Gal 5,13-14

Vos in libertátem vocáti estis, fratres, tantum ne libertátem in occasiónem detis carnis, † sed per caritátem Spíritus servíte ínvicem. * Omnis lex in uno sermóne implétur: † Díliges próximum tuum sicut te ipsum.

℣ Dómine, viam mandatórum tuórum cucúrri.
℟ Cum dilatásti cor meum.

Oratio

Te, Dómine, supplíciter exorámus, † ut qui hora tértia Spíritum Sanctum orántibus Apóstolis tribuísti, * nobis eiúsdem grátiæ participatiónem concédas benígnus. Per Christum.

Ad Sextam

Ant.

8. T.

A spice in me, Dómine, et miserére me-i. E u o u a e.

Psalmus 118

XVII

Mirabília testimónia tua, *
ídeo servávit ea ánima mea.

Declarátio sermónum tuórum illúminat, *
et intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui et attráxi spíritum, *
quia præcépta tua desiderábam.

Convértere in me et miserére mei *
secúndum iudícium tuum
cum diligéntibus nomen tuum.

Gressus meos dírige secúndum elóquium tuum, *
et non dominétur mei omnis iníquitas.

Rédime me a calúmniis hóminum, *
ut custódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum, *
et doce me iustificatiónes tuas.

Rívulos aquárum deduxérunt óculi mei, *
quia non custodiérunt legem tuam.

XVIII

Iustus es, Dómine, *
et rectus in iudíciis tuis.

Mandásti in iustítia testimónia tua, *
et in veritáte nimis.

Consúmpsit me zelus meus, *
quia oblíti sunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter, *
et servus tuus diléxit illud.

Adulescéntulus sum ego et contémptus; *
mandáta tua non sum oblítus.

Iustítia tua iustítia in ætérnum, *
et lex tua véritas.

Tribulátio et angústia invenérunt me; *
præcépta tua delectátio mea est.

Iustítia testimónia tua in ætérnum; *
intelléctum da mihi, et vivam.

XIX

Clamávi in toto corde, exáudi me, Dómine; *
iustificatiónes tuas servábo.

Clamávi ad te, salvum me fac, *
ut custódiam testimónia tua.

Prævéni dilúculo et clamávi, *
in verba tua supersperávi.

Prævenérunt óculi mei vigílias, *
ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi
secúndum misericórdiam tuam, Dómine, *
secúndum iudícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt persequéntes me in malítia, *
a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu, Dómine, *
et ómnia præcépta véritas.

Ab inítio cognóvi de testimóniis tuis, *
quia in ætérnum fundásti ea.

Ant. Aspice in me, Dómine, et miserére mei. 8.

LECTIO BREVIS Gal 5,16-17

Spíritu ambuláte, et desidéria carnis non perficiétis. † Caro enim concupíscit advérsus spíritum, spíritus autem advérsus carnem; * hæc enim sibi ínvicem adversántur, † ut non quæcúmque vultis illa faciátis.

℣ Bonus es tu, Dómine, et benefáciens.
℟ Doce me iustificatiónes tuas.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, apud quem nihil est tenebrósum, nihil obscúrum, † lucis tuæ in nos emítte splendórem, * ut mandatórum tuórum lege percépta, † in via tua dilatáto corde fidéliter ambulémus. Per Christum.

Ad Nonam

Ant.

1. T.

Dómine non est exaltátum cor meum. E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 367.

LECTIO BREVIS Gal 5,22.23a.25

Fructus Spíritus est: † cáritas, gáudium, pax, patiéntia, benígnitas, bónitas, longanímitas, mansuetúdo, fides, modéstia, continéntia, cástitas. * Si Spíritu vívimus, Spíritu et ambulémus.

℣ Notam fac mihi, Dómine, viam in qua ámbulem.
℟ Spíritus tuus bonus dedúcat me in terram rectam.

Oratio

Da nobis orántibus, quǽsumus, Dómine, ut patiéntiæ Unigéniti tui sequámur exémpla, † et advérsa patiéndi constántiam habeámus. Per Christum.

Ad Vesperas

HYMNUS

viij. T.

De- us, qui claro lúmine * di- em fe- císti, Dómine, tuam rogámus gló- ri- am dum pronus di- es vólvi- tur.

Iam sol urgénte véspero
occásum suum gráditur,
mundum conclúdens ténebris,
suum obsérvans órdinem.

Tu vero, excélse Dómine,
precántes tuos fámulos
diúrno lassos ópere
ne sinas umbris ópprimi,

Ut non fuscátis méntibus
dies abscédat sǽculi,
sed tua tecti grátia
cernámus lucem prósperam.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum. Amen.

Ant. 1

3. T.

Dómine, probásti me, et cognovísti me. E u o u a e.

Psalmus 138

Dominus intuens omnia

Quis cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit?
(Rom 11,34)

I

Dómine, scrutátus es et cognovísti me, *
tu cognovísti sessiónem meam
et resurrectiónem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe, *
sémitam meam et accúbitum meum investigásti.

Et omnes vias meas perspexísti, †
  quia nondum est sermo in lingua mea, *
  et ecce, Dómine, tu novísti ómnia.

A tergo et a fronte coartásti me, *
  et posuísti super me manum tuam.

Mirábilis nimis facta est sciéntia tua super me; *
  sublímis, et non attíngam eam.

Quo ibo a spíritu tuo, *
  et quo a fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cælum, tu illic es; *
  si descéndero in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas auróræ *
  et habitávero in extrémis maris,

étiam illuc manus tua dedúcet me, *
  et tenébit me déxtera tua.

Si díxero: „Fórsitan ténebræ cómpriment me, *
  et nox illuminátio erit circa me“,

étiam ténebræ non obscurabúntur a te, †
  et nox sicut dies illuminábit; *
  sicut ténebræ eius ita et lumen eius.

Ant. 1 Dómine, probásti me, et cognovísti me. 3.

Ant. 2

vj. T.

Mirabí- li- a ópera tua, Dómi- ne, et

ánima me- a cognóscit nimis.

E u o u a e.

II

Quia tu formásti renes meos, *
contexuísti me in útero matris meæ.

Confitébor tibi, quia mirabíliter plasmátus sum; †
mirabília ópera tua, *
et ánima mea cognóscit nimis.

Non sunt abscóndita ossa mea a te, †
cum factus sum in occúlto, *
et intéxtus in inferióribus terræ.

Imperféctum adhuc me vidérunt óculi tui, †
et in libro tuo scripti erant omnes dies, *
ficti erant, et nullus adhuc erat ex eis.

Mihi autem nimis pretiósæ cogitatiónes tuæ, Deus; *
nimis gravis summa eárum.

Si dinumerábo eas, super arénam multiplicabúntur; *
si ad finem pervéniam, adhuc sum tecum.

*Utinam occídas, Deus, peccatóres; **
viri sánguinum, declináte a me.

*Qui loquúntur contra te malígne: **
exaltántur in vanum contra te.

*Nonne qui odérunt te, Dómine, óderam, **
et insurgéntes in te abhorrébam?

*Perfécto odio óderam illos, **
et inimíci facti sunt mihi.


Scrutáre me, Deus, et scito cor meum; *
proba me, et cognósce sémitas meas:

et vide, si via vanitátis in me est, *
et deduc me in via ætérna.


Ant. 2 Mirabília ópera tua, Dómine, et ánima mea cognóscit nimis. vj.

Ant. 3

vij. T.



S anctificávit tabernácu-lum suum



Psalmus 45

Deus refugium et virtus

Vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum: „Nobiscum-Deus“. (Mt 1,23)

Deus est nobis refúgium et virtus, *
adiutórium in tribulatiónibus
invéntus est nimis.

Proptérea non timébimus, dum turbábitur terra, *
et transferéntur montes in cor maris.

Fremant et intuméscant aquæ eius, *
conturbéntur montes in elatióne eius.

Flúminis rivi lætíficant civitátem Dei, *
sancta tabernácula Altíssimi.

Deus in médio eius, non commovébitur; *
adiuvábit eam Deus mane dilúculo.

Fremuérunt gentes, commóta sunt regna; *
dedit vocem suam, liquefácta est terra.

Dóminus virtútum nobíscum, *
refúgium nobis Deus Iacob.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, *
quæ pósuit prodígia super terram.

Auferet bella usque ad finem terræ, †
arcum cónteret et confrínget arma, *
et scuta combúret igni.

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus; *
exaltábor in géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum, *
refúgium nobis Deus Iacob.

Ant. 3 Sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus. vij.

Ant. 4

j. T.

Dedit e-i Dóminus potestátem et honórem et regnum; et omnes pópuli, tribus et linguæ ipsi sérvi- ent. E u o u a e.

Canticum Ap 11,17-18; 12,10b-12a

De iudicio Dei

Grátias ágimus tibi, *
Dómine Deus omnípotens,

qui es et qui eras et qui ventúrus es; *
quia accepísti virtútem tuam magnam et regnásti.

Et irátæ sunt gentes, *
et advénit ira tua, et tempus mortuórum iudicári,

et réddere mercédem servis tuis,
prophétis et sanctis, *
et timéntibus nomen tuum, pusíllis et magnis.

Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri *
et potéstas Christi eius,

quia proiéctus est accusátor fratrum nostrórum, *
qui accusábat illos ante conspéctum Dei nostri
die ac nocte;

et ipsi vicérunt eum propter sánguinem Agni *
et propter verbum testimónii sui;

et non dilexérunt ánimas suas *
usque ad mortem.

Propterea lætámini, cæli, *
et qui habitátis in eis. ■

Ant. 4 Dedit ei Dóminus potestátem et honórem et regnum; et omnes pópuli, tribus et linguæ ipsi sérvient. j.

LECTIO BREVIS 1 Petr 1,22-23

Animas vestras castificántes in obœdiéntia caritátis, † in fraternitátis amóre, símplici ex corde ínvicem dilígite atténtius, * renáti non ex sémine corruptíbili, sed incorruptíbili per verbum Dei vivi et permanéntis in ætérnum.

RESPONSORIUM BREVE

D óminus pascit me, * Et nihil mihi dé- erit. Dóminus. ℣. In páscu- is viréntibus me collocávit. * Et.

Ad Magnificat, ant.

ij. T.

E-suri- éntes implévit bonis, et dí-vites dimísit inánes. E u o u a e.

Oratio

Vespertínæ laudis offícia persolvéntes, cleméntiam tuam, Dómine, deprecámur, * ut a meditatióne legis tuæ cor nostrum recédere non permíttas, † et nobis lumen ætérnæ vitæ dones et prǽmium. Per Dóminum.

FERIA VI HEBDOMADÆ II

Ad Vigilias

VERSUS INVITATORIUS

Dóminum qui fecit nos, * Veníte adorémus.

HYMNUS

ij. T.

Galli cantu medi- ánte * noctis iam ca- líginem et profúndæ noctis atram le- vánte formídinem, De- us alme, te rogá- mus supplicésque póscimus.

Vigil, potens, lux venísti
atque custos hóminum,
dum tenérent simul cuncta
médium siléntium,
rédderent necnon mortálem
mórtui effígiem,

Excitáres quo nos, Christe,
de somno malítiæ,
atque gratis liberáres
noctúrno de cárcere,
redderésque nobis lucem
vitæ semper cómitem.

Honor Patri sit ac tibi,
Sancto sit Spirítui,
Deo trino sed et uni,
paci, vitæ, lúmini,
nómini præ cunctis dulci
divinóque númini. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. 1 Convértere, Dómine, et éripe ánimam meam, quóniam non est in morte, qui memor sit tui. viij.

Psalmus 6

Homo afflictus Domini clementiam implorat

Nunc anima mea turbata est... Pater, salvifica me ex hac hora.
(Io 12,27)

Dómine, ne in furóre tuo árguas me, *
neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infírmus sum; *
sana me, Dómine,
quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde, *
sed tu, Dómine, úsquequo?

Convértere, Dómine, éripe ánimam meam; *
salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui, *
in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, †
lavábam per síngulas noctes lectum meum; *
lácrimis meis stratum meum rigábam.

Turbátus est a mæróre óculus meus, *
inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes qui operámini iniquitátem, *
quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam, *
Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubéscant et conturbéntur veheménter
omnes inimíci mei; *
convertántur et erubéscant valde velóciter.

Ant. 1 Convértere, Dómine, et éripe ánimam meam, quóniam non est in morte, qui memor sit tui. viij.

Ant. 2 Tu, Dómine, servábis nos et custódies nos in ætérnum. viij.

Psalmus 11

Invocatio contra superbos

Propter nos pauperes Pater Filium dignatus est mittere.
(S. Augustinus)

Salvum me fac, Dómine,
quóniam defécit sanctus, *
quóniam deminúti sunt fidéles a fíliis hóminum.

Vana locúti sunt unusquísque ad próximum suum; *
in lábiis dolósis, in dúplici corde locúti sunt.

Dispérdat Dóminus univérsa lábia dolósa *
et linguam magníloquam.

Qui dixérunt: „Lingua nostra magnificábimur, †
lábia nostra a nobis sunt; *
quis noster dóminus est?“

„Propter misériam ínopum et gémitum páuperum, †
nunc exsúrgam, dicit Dóminus; *
ponam in salutári illum quem despíciunt.“

Elóquia Dómini elóquia casta, *
argéntum igne examinátum,
separátum a terra, purgátum séptuplum.

Tu, Dómine, servábis nos et custódies nos, *
a generatióne hac in ætérnum.

In circúitu ímpii ámbulant, *
cum exaltántur sordes inter fílios hóminum.

Ant. 2 Tu, Dómine, servábis nos et custódies nos in ætérnum. viij.

Ant. 3 Ne in ira tua árguas me, Dómine. v.

Psalmus 37

Obsecratio peccatoris in extremo periculo constituti

Stabant omnes noti eius a longe. (Lc 23,49)

Dómine, ne in furóre tuo árguas me, *
neque in ira tua corrípias me;

quóniam sagíttæ tuæ infíxæ sunt mihi, *
et descéndit super me manus tua.

Non est sánitas in carne mea
a fácie indignatiónis tuæ, *
non est pax óssibus meis
a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ
supergréssæ sunt caput meum, *
et sicut onus grave gravant me nimis.

Putruérunt et corrúpti sunt livóres mei *
a fácie insipiéntiæ meæ.

Inclinátus sum et incurvátus nimis; *
tota die contristátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt ardóribus, *
et non est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum et humiliátus sum nimis, *
rugiébam a gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum, *
et gémitus meus a te non est abscónditus.

Palpitávit cor meum, derelíquit me virtus mea, *
et lumen oculórum meórum,
et ipsum non est mecum.

Amíci mei et próximi mei
ante plagam meam stetérunt, *
et propínqui mei de longe stetérunt.

Et láqueos posuérunt qui quærébant ánimam meam, †
et qui requirébant mala mihi, locúti sunt insídias, *
et dolos tota die meditabántur.

Ego autem tamquam surdus non audiébam, *
et sicut mutus non apériens os suum;

et factus sum sicut homo non áudiens, *
et non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, sperávi; *
tu exáudies, Dómine Deus meus.

Quia dixi: „Nequándo supergáudeant mihi, *
et dum commovéntur pedes mei,
magnificéntur super me.“

Quóniam ego in lapsum parátus sum, *
et dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo, *
et sollícitus sum de peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt
et confirmáti sunt super me, *
et multiplicáti sunt qui odérunt me iníque.

Retribuéntes mala pro bonis detrahébant mihi, *
pro eo quod sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me, Dómine, *
Deus meus, ne discésseris a me;

festína in adiutórium meum, *
Dómine, salus mea.

Ant. 3 Ne in ira tua árguas me, Dómine. v.

℣ Oculi mei defecérunt in desidério salutáris tui.
℟ Et elóquii iustítiæ tuæ.

Benedictio Splendor lucis ætérnæ † illúminet nos sine fine. † ℟ Amen.

IN II NOCTURNO

Ant. 4 Exsúrge, Dómine, in adiutórium mihi. j.

Psalmus 34

Dominus salvator in persecutione

Congregati sunt... et consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent et occiderent. (Mt 26,3.4)

I

Iúdica, Dómine, iudicántes me; *
impúgna impugnántes me.

Apprehénde clípeum et scutum, *
et exsúrge in adiutórium mihi.

*Effúnde frámeam et secúrim **
advérsus eos qui persequúntur me.

Dic ánimæ meæ: *
„Salus tua ego sum."

*Confundántur et revereántur **
quæréntes ánimam meam;

*avertántur retrórsum et confundántur **
cogitántes mihi mala.

*Fiant tamquam pulvis ante ventum, **
et ángelus Dómini impéllens eos;

*fiat via illórum ténebræ et lúbricum, **
et ángelus Dómini pérsequens eos.

*Quóniam gratis abscondérunt mihi láqueum suum, **
gratis fodérunt fóveam ánimæ meæ.

Véniat illi calámitas quam ignórat, †
*et cáptio quam abscóndit, apprehéndat eum, **
et in eándem calamitátem ipse cadat.

Anima autem mea exsultábit in Dómino, *
  et delectábitur super salutári suo.

Omnia ossa mea dicent: *
  „Dómine, quis símilis tibi?

Erípiens ínopem de manu fortiórum eius, *
  egénum et páuperem a diripiéntibus eum.“

Surgéntes testes iníqui, *
  quæ ignorábam, interrogábant me;

retribuébant mihi mala pro bonis, *
  desolátio est ánimæ meæ.

Ego autem, cum infirmaréntur, *
  induébar cilício,

humiliábam in ieiúnio ánimam meam, *
  et orátio mea in sinu meo convertebátur.

Quasi cum próximo
    et quasi cum fratre meo ambulábam, *
  quasi lugens matrem contristátus incurvábar.

Cum autem vacillárem, lætáti sunt et convenérunt; *
  convenérunt contra me percutiéntes,
    quos ignorábam.

Diripuérunt, et non desistébant; †
tentavérunt me,
subsannavérunt me subsannatióne, *
frenduérunt super me déntibus suis.

Ant. 4 Exsúrge, Dómine, in adiutórium mihi. j.

Ant. 5 Lingua mea tota die meditábitur iustítiam tuam. ij.

II

Dómine, quámdiu aspícies? †
Restítue ánimam meam a malignitáte eórum, *
a leónibus únicam meam.

Confitébor tibi in ecclésia magna, *
in pópulo multo laudábo te.

Non supergáudeant mihi inimíci mei mendáces, *
qui odérunt me gratis et ánnuunt óculis.

Etenim non pacífice loquebántur, *
et contra mansuétos terræ dolos cogitábant.

Et dilatavérunt super me os suum; *
dixérunt: „Euge, euge, vidérunt óculi nostri."

Vidísti, Dómine, ne síleas; *
Dómine, ne discédas a me.

Exsúrge et evígila ad iudícium meum, *
Deus meus et Dóminus meus, ad causam meam.

Iúdica me secúndum iustítiam tuam,
Dómine Deus meus, *
et non supergáudeant mihi.

Non dicant in córdibus suis: †
„Euge, ánimæ nostræ“; *
nec dicant: „Devorávimus eum.“

Erubéscant et revereántur simul,
qui gratulántur malis meis; †
induántur confusióne et reveréntia, *
qui magna loquúntur super me.

Exsúltent et læténtur, qui volunt iustítiam meam, *
et dicant semper: „Magnificétur Dóminus,
qui vult pacem servi sui.“

Et lingua mea meditábitur iustítiam tuam, *
tota die laudem tuam.

Ant. 5 Lingua mea tota die meditábitur iustítiam tuam. ij.

Ant. 6 Bénedic, ánima mea, Dómino. 8.

Psalmus 102

Laus miserentis Domini

Per viscera misericordiæ Dei visitavit nos Oriens ex alto.
(Lc 1,78)

Bénedic, ánima mea, Dómino; *
et ómnia quæ intra me sunt, nómini sancto eius.

Bénedic, ánima mea, Dómino, *
et noli oblivísci omnes retributiónes eius.

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis, *
qui sanat omnes infirmitátes tuas;

qui rédimit de intéritu vitam tuam, *
qui corónat te in misericórdia et miseratiónibus;

qui replet in bonis ætátem tuam: *
renovábitur ut áquilæ iuvéntus tua.

Fáciens iustítias Dóminus, *
et iudícium ómnibus iniúriam patiéntibus.

Notas fecit vias suas Móysi, *
fíliis Israel adinventiónes suas.

Miserátor et miséricors Dóminus, *
longánimis et multæ misericórdiæ.

Non in perpétuum conténdet, *
neque in ætérnum irascétur.

Non secúndum peccáta nostra fecit nobis, *
neque secúndum iniquitátes nostras retríbuit nobis.

Quóniam, quantum exaltátur cælum a terra, *
præváluit misericórdia eius super timéntes eum;

quantum distat ortus ab occidénte, *
longe fecit a nobis iniquitátes nostras.

Quómodo miserétur pater filiórum, *
misértus est Dóminus timéntibus se.

Quóniam ipse cognóvit figméntum nostrum, *
recordátus est quóniam pulvis sumus.

Homo sicut fenum dies eius, *
tamquam flos agri sic efflorébit.

Spirat ventus in illum, et non subsístet, *
et non cognóscet eum ámplius locus eius.

Misericórdia autem Dómini ab ætérno, †
et usque in ætérnum super timéntes eum, *
et iustítia illíus in fílios filiórum;

in eos qui servant testaméntum eius, *
et mémores sunt mandatórum ipsíus
ad faciéndum ea.

Dóminus in cælo parávit sedem suam, *
et regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino, omnes ángeli eius, †
poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus *
in audiéndo vocem sermónum eius.

Benedícite Dómino, omnes virtútes eius, *
minístri eius qui fácitis voluntátem eius.

Benedícite Dómino, ómnia ópera eius, †
in omni loco dominatiónis eius. *
Bénedic, ánima mea, Dómino.

Ant. 6 Bénedic, ánima mea, Dómino. 8.

℣ Fili mi, atténde ad sapiéntiam meam.
℟ Et prudéntiæ meæ inclína aurem tuam.

Benedictio Adiútor et propítius † sit nobis omnípotens et pius Dóminus. † ℟ Amen.


Ad Laudes matutinas

HYMNUS

ij. T.

De-us, qui cæli lumen es * satór-

que lucis, qui polum patérno fultum brác-



Auróra stellas iam tegit
rubrum sustóllens gúrgitem,
uméctis atque flátibus
terram baptízans róribus.

Iam noctis umbra línquitur,
polum calígo déserit,
typúsque Christi, lúcifer
diem sopítum súscitat.

Dies diérum tu, Deus,
lucísque lumen ipse es,
Unum potens per ómnia,
potens in unum Trínitas.

Te nunc, Salvátor, quǽsumus
tibíque genu fléctimus,
Patrem cum Sancto Spíritu
totis laudántes vócibus. Amen.

Ant. 1

viij. T.

In Isra- el magnum nomen De- i.

E u o u a e.

Psalmus 75

Gratiarum actio pro victoria

Videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli. (Mt 24,30)

Notus in Iudǽa Deus, *
in Israel magnum nomen eius.

Et est in Salem tabernáculum eius, *
et habitátio eius in Sion.

Ibi confrégit coruscatiónes arcus, *
scutum, gládium et bellum.

Illúminans tu, Mirábilis, a móntibus direptiónis; *
spoliáti sunt poténtes corde.

Dormiérunt somnum suum, *
et defecérunt omnes viri fortes mánibus suis.

Ab increpatióne tua, Deus Iacob, *
dormitavérunt currus et equi.

Tu terríbilis es, et quis resístet tibi? *
Ex tunc ira tua.

De cælo audítum fecísti iudícium; *
terra trémuit et quiévit,

cum exsúrgeret in iudícium Deus, *
ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.

Quóniam furor hóminis confitébitur tibi, *
et relíquiæ furóris diem festum agent tibi.

Vovéte, et rédddite Dómino Deo vestro, *
omnes in circúitu eius ífferant múnera Terríbili,

ei qui aufert spíritum príncipum, *
terríbili apud reges terræ.

Ant. 1 In Israel magnum nomen Dei. viij.

Ant. 2

j. T.

Spíri-tu princip-á- li confírma cor me-um De-us. E u o u a e.

Psalmus 50

Miserere mei, Deus

Renovamini spiritu mentis vestræ et induite novum hominem.
(Eph 4,23-24)

Miserére mei, Deus, *
secúndum misericórdiam tuam;

et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum *
dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea, *
et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco, *
et peccátum meum contra me est semper.

Tibi, tibi soli peccávi, *
et malum coram te feci,

ut iustus inveniáris in senténtia tua *
et æquus in iudício tuo.

Ecce enim in iniquitáte generátus sum, *
et in peccáto concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem in corde dilexísti, *
et in occúlto sapiéntiam manifestásti mihi.

Aspérges me hysópo, et mundábor; *
lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audíre me fácies gáudium et lætítiam, *
et exsultábunt ossa quæ humiliásti.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis, *
et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, *
et spíritum firmum ínnova in viscéribus meis.

Ne proícias me a fácie tua, *
et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui, *
et spíritu promptíssimo confírma me.

Docébo iníquos vias tuas, *
et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ, *
et exsultábit lingua mea iustítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries, *
et os meum annuntiábit laudem tuam.

Non enim sacrifício delectáris, *
holocáustum, si ófferam, non placébit.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus, *
cor contrítum et humiliátum, Deus, non despícies.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, *
ut ædificéntur muri Ierúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium iustítiæ,
oblatiónes et holocáusta; *
tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Ant. 2 Spíritu principáli confírma cor meum, Deus. j.

Ant. 3

iv. T.

Dómine, audívi audi-ti-ónem tuam et tímu-i. E u o u a e.

Canticum Hab 3,2-4.13a.15-19

Deus apparet ad iudicandum

Levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. (Lc 21,28)

Dómine, audívi auditiónem tuam, *
et tímui, Dómine, opus tuum.

In médio annórum vivífica illud, †
in médio annórum notum fácies, *
cum irátus fúeris misericórdiæ recordáberis.

Deus a Theman véniet, *
  et Sanctus de monte Pharan.

Operit cælos glória eius, *
  et laudis eius plena est terra.

Splendor eius ut lux erit, †
  rádii ex mánibus eius: *
  ibi abscóndita est fortitúdo eius.

Egréssus es in salútem pópuli tui, *
  in salútem cum christo tuo.

Viam fecísti in mari equis tuis, *
  in luto aquárum multárum.

Audívi et conturbátus est venter meus, *
  ad vocem contremuérunt lábia mea.

Ingréditur putrédo in óssibus meis, *
  et subter me vacíllant gressus mei.

Conquiéscam in die tribulatiónis, *
  ut ascéndat super pópulum qui invádit nos.

Ficus enim non florébit, *
  et non erit fructus in víneis.

Mentiétur opus olívæ, *
  et arva non ásferent cibum.


Abscíssum est de ovíli pecus, *
et non est arméntum in præsépibus.


Ego autem in Dómino gaudébo, *
et exsultábo in Deo salvatóre meo.

Dóminus Deus fortitúdo mea, †
et ponet pedes meos quasi cervórum *
et super excélsa mea dedúcet me.

Ant. 3 Dómine, audívi auditiónem tuam et tímui. iv.

Ant. 4





Psalmus 99

Gaudium in templum ingredientium

Redemptos iubet Dominus victoriæ carmen canere.
(S. Athanasius)

Iubiláte Dómino, omnis terra, *
servíte Dómino in lætítia;

introíte in conspéctu eius *
in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus; †
ipse fecit nos, et ipsíus sumus, *
pópulus eius et oves páscuæ eius.

Introíte portas eius in confessióne, †
átria eius in hymnis, *
confitémini illi, benedícite nómini eius.

Quóniam suávis est Dóminus; †
in ætérnum misericórdia eius, *
et usque in generatiónem et generatiónem
véritas eius.

Ant. 4 Iubiláte Deo, omnis terra. vj.

LECTIO BREVIS Eph 2,13-16

Nunc in Christo Iesu vos, qui aliquándo erátis longe, facti estis prope in sánguine Christi. † Ipse enim est pax nostra, qui fecit útraque unum, * et médium paríetem macériæ solvens, † inimicítias in carne sua, legem mandatórum decrétis evácuans, * ut duos condat in semetípso in unum novum hóminem, † fáciens pacem, et reconcíliet ambos in uno córpore Deo per crucem, * interfíciens inimicítias in semetípso.

RESPONSORIUM BREVE

Clamábo ad Dóminum altíssimum, * Qui benefé-cit mihi. Clamábo. ℣. Mittet de cælo, et liberábit me. * Qui.

Ad Benedictus, ant.

viij. T.

Per vísce-ra mi-sericórdi- æ De- i nostri vi-sitávit nos, óri- ens ex alto.

E u o u a e.

Oratio

Præsta, quǽsumus, omnípotens Deus, * ut laudes quas nunc tibi persólvimus, † in ætérnum cum sanctis tuis ubérius decantáre valeámus. Per Dóminum.

Ad Tertiam

Ant.

ij. T.

Beátus omnis, qui timet Dóminum.

E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 359.

LECTIO BREVIS Deut 1,31b

Portávit te Dóminus Deus tuus, † ut solet homo gestáre párvulum fílium suum, * in omni via per quam ambulásti.

℣ Súscipe me, Dómine, secúndum elóquium tuum, et vivam.

℟ Et non confúndas me ab exspectatióne mea.

Oratio

Dómine Iesu Christe, qui hora tértia ad crucis pœnam ductus es pro mundi salúte, † te súpplices exorámus, * ut et de prætéritis malis semper apud te véniam impetrémus, † et de futúris iúgiter habeámus custódiam. Qui vivis.

Ad Sextam

In sollemnitatibus et festis psalmi de dominica hebdomadæ II, 363.

Ant.

8. T.

In tua iustí- ti- a líbera me, Dómi- ne. E u o u a e.

Psalmus 30

Afflicti supplicatio cum fiducia

Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. (Lc 23,46)

I

In te, Dómine, sperávi,
non confúndar in ætérnum; *
in iustítia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam, *
accélera, ut éruas me.

Esto mihi in rupem præsídii, et in domum munítam, *
ut salvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea et refúgium meum es tu, *
et propter nomen tuum dedúces me et pasces me.

Edúces me de láqueo quem abscondérunt mihi, *
quóniam tu es fortitúdo mea.

In manus tuas comméndo spíritum meum; *
redemísti me, Dómine, Deus veritátis.

Odísti observántes vanitátes supervácuas, *
ego autem in Dómino sperávi.

Exsultábo et lætábor in misericórdia tua, *
quóniam respexísti humilitátem meam;

agnovísti necessitátes ánimæ meæ, †
nec conclusísti me in mánibus inimíci; *
statuísti in loco spatióso pedes meos. ■

II

Miserére mei, Dómine, quóniam tríbulor; †
conturbátus est in mæróre óculus meus, *
ánima mea et venter meus.

Quóniam defécit in dolóre vita mea, *
et anni mei in gemítibus;

infirmáta est in paupertáte virtus mea, *
et ossa mea contabuérunt.

Apud omnes inimícos meos
factus sum oppróbrium, †
et vicínis meis valde, et timor notis meis: *
qui vidébant me foras, fugiébant a me.

Oblivióni a corde datus sum tamquam mórtuus; *
factus sum tamquam vas pérditum.

Quóniam audívi vituperatiónem multórum: *
horror in circúitu;

in eo dum convenírent simul advérsum me, *
auférre ánimam meam consiliáti sunt.

Ego autem in te sperávi, Dómine; †
dixi: „Deus meus es tu, *
in mánibus tuis sortes meæ.“

Eripe me de manu inimicórum meórum *
et a persequéntibus me;

illústra fáciem tuam super servum tuum, *
salvum me fac in misericórdia tua.

*Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te; **
erubéscant ímpii et obmutéscant in inférno.

Muta fiant lábia dolósa †
*quæ loquúntur advérsus iustum protérva **
in supérbia et in abusióne.

III

Quam magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, *
quam abscondísti timéntibus te.

Perfecísti eis qui sperant in te, *
in conspéctu filiórum hóminum.

Abscóndes eos in abscóndito faciéi tuæ *
a conturbatióne hóminum;

próteges eos in tabernáculo *
a contradictióne linguárum.

Benedíctus Dóminus, *
quóniam mirificávit misericórdiam suam mihi
in civitáte muníta.

Ego autem dixi in trepidatióne mea: *
„Præcísus sum a conspéctu oculórum tuórum."

Verúmtamen exaudísti vocem oratiónis meæ, *
dum clamárem ad te.

Dilígite Dóminum, omnes sancti eius: †
fidéles consérvat Dóminus, *
et retríbuet abundánter faciéntibus supérbiam.

Viríliter ágite, et confortétur cor vestrum, *
omnes qui sperátis in Dómino.

Ant. In tua iustítia líbera me, Dómine. 8.

LECTIO BREVIS Bar 4,28-29

Sicut fuit sensus vester ut erraretis a Deo, † décies tantum íterum converténtes requirétis eum. * Qui enim indúxit vobis mala, † ipse rursum addúcet vobis sempitérnam iucunditátem cum salúte vestra.

℣ Apud Dóminum misericórdia.
℟ Et copiósa apud eum redémptio.

Oratio

Dómine Iesu Christe, qui hora sexta, univérso mundo in ténebris constitúto, pro redemptióne nostra crucis lignum ínnocens ascendísti, * illam nobis lucem semper concéde, † per quam ad ætérnam vitam perveníre mereámur. Qui vivis.

Ad Nonam

Ant.

1. T.

Speret Israel in Dómino.

E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 367.

LECTIO BREVIS Sap 1,13-15

Deus mortem non fecit, † nec lætátur in perditióne vivórum: * creávit enim ut essent ómnia, et sanábiles fecit natiónes orbis terrárum, † et non est in illis medicaméntum extermínii, * nec inferórum regnum in terra: † iustítia enim perpétua est et immortális.

℣ Erípuit Dóminus ánimam meam de morte.
℟ Ambulábo coram illo in regióne vivórum.

Oratio

Dómine Iesu Christe, qui pæniténtem latrónem de patíbulo crucis in regnum tuum transíre fecísti, † peccáta nostra confiténtes te cum fidúcia deprecámur, * ut post mortem nos fácias paradísi portas introíre gaudéntes. Qui vivis.

Ad Vesperas

HYMNUS

viij. T.

Horis peráctis úndecim * ruit di- es in vésperum; solvámus omnes débi-tum mentis libénter cánticum.


Labor diúrnus tránsiit
quo, Christe, nos condúxeras;
da iam colónis víneæ
promíssa dona glóriæ.

Mercéde quos nunc ádvocas,
quos ad futúrum múneras,
nos in labóre ádiuva
et post labórem récrea.


Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

Ant. 1


7. T.



E xór- tum est in ténebris lumen re-



ctis, miséri- cors et mise- rátor Dóminus.



E u o u a e.

Psalmus 111

Viri iusti beatitudo

Ut filii lucis ambulate; fructus lucis est in omni bonitate et iustitia et veritate. (Eph 5,8-9)

Beátus vir qui timet Dóminum, *
in mandátis eius cupit nimis.

Potens in terra erit semen eius, *
generátio rectórum benedicétur.

Glória et divítiæ in domo eius, *
et iustítia eius manet in sǽculum sǽculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis, *
miséricors et miserátor et iustus.

Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, †
dispónet res suas in iudício, *
quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit iustus, *
ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor eius, sperans in Dómino, †
confirmátum est cor eius, non timébit, *
donec despíciat inimícos suos.

Distríbuit, dedit paupéribus; †
iustítia eius manet in sǽculum sǽculi, *
cornu eius exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit et irascétur, †
déntibus suis fremet et tabéscet. *
Desidérium peccatórum períbit.

Ant. 1 Exórtum est in ténebris lumen rectis, miséricors et miserátor Dóminus. 7.

Ant. 2

8. T.

Per síngulos di- es benedícam te, Dómine. E u o u a e.

Psalmus 144

Laus divinæ maiestatis

Iustus es, Domine, qui es et qui eras. (Ap 16,5)

I

Exaltábo te, Deus meus rex, †
et benedícam nómini tuo *
in sæculum et in sæculum sæculi.

Per síngulos dies benedícam tibi, †
et laudábo nomen tuum *
in sæculum et in sæculum sæculi.

Magnus Dóminus et laudábilis nimis, *
et magnitúdinis eius non est investigátio.

Generátio generatióni laudábit ópera tua, *
  et poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ maiestátis tuæ loquéntur, *
  et mirabília tua enarrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dicent, *
  et magnitúdinem tuam narrábunt.

Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt, *
  et iustítia tua exsultábunt.

Miserátor et misericors Dóminus, *
  longánimis et multæ misericórdiæ.

Suávis Dóminus univérsis, *
  et miseratiónes eius super ómnia ópera eius.

Confiteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua; *
  et sancti tui benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicant, *
  et poténtiam tuam loquántur,

ut notas fáciant fíliis hóminum poténtias tuas, *
  et glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum regnum ómnium sæculórum, *
  et dominátio tua
    in omnem generatiónem et generatiónem.

Ant. 2 Per síngulos dies benedícam te, Dómine. 8.

Ant. 3

4. T.

Custódit Dóminus omnes diligéntes se. E u o u a e.

II

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis, *
et sanctus in ómnibus opéribus suis.

Allevat Dóminus omnes qui córruunt, *
et érigit omnes depréssos.

Oculi ómnium in te sperant, *
et tu das illis escam in témpore opportúno.

Aperis tu manum tuam, *
et imples omne ánimal in beneplácito.

Iustus Dóminus in ómnibus viis suis, *
et sanctus in ómnibus opéribus suis.

Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum, *
ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Voluntátem timéntium se fáciet, †
et deprecatiónem eórum exáudiet, *
et salvos fáciet eos.

Custódit Dóminus omnes diligéntes se, *
et omnes peccatóres dispérdet.

Laudatiónem Dómini loquétur os meum, †
et benedícat omnis caro nómini sancto eius *
in sǽculum et in sǽculum sǽculi.

Ant. 3 Custódit Dóminus omnes diligéntes se. 4.

Ant. 4

iv. T.

Omnes gentes quascúmque fecísti, véni- ent et adorábunt coram te, Dómi- ne. E u o u a e.

Canticum Ap 15,3-4

Hymnus adorationis

Magna et mirabília sunt ópera tua, *
Dómine Deus omnípotens:

iustæ et veræ sunt viæ tuæ, *
rex sæculórum.

Quis non timébit te, Dómine, *
et magnificábit nomen tuum?

Quia solus pius es, †
quóniam omnes gentes vénient
et adorábunt in conspéctu tuo, *
quóniam iudícia tua manifésta sunt.

Ant. 4 Omnes gentes quascúmque fecísti, vénient et adorábunt coram te, Dómine. iv.

LECTIO BREVIS 1 Cor 2,7-10a

Lóquimur Dei sapiéntiam in mystério, quæ abscóndita est, † quam prædestinávit Deus ante sǽcula in glóriam nostram; * quam nemo príncipum huius sǽculi cognóvit; † si enim cognovíssent, numquam Dóminum glóriæ crucifixíssent. * Sed sicut scriptum est: † Quod óculus non vidit, nec auris audívit, nec in cor hóminis ascéndit, * quæ præparávit Deus iis qui díligunt illum; † nobis autem revelávit Deus per Spíritum suum.

RESPONSORIUM BREVE

Christus mórtu- us est pro peccá- tis nos- tris, * Ut nosofféret De- o. Christus. ℣. Mortificá- tus quidem carne, vivificá- tus au- tem spíri- tu. * Ut.

Ad Magnificat, ant.

3. T.

Misericórdi- a eius a progéni- e in progéni- es timéntibus e- um. E u o u a e.

Oratio

Deus, cuius ineffábilis sapiéntia in scándalo crucis mirabíliter declarátur, † concéde nobis * ita passiónis Fílii tui glóriam contuéri, † ut in cruce ipsíus numquam cessémus fiduciáliter gloriári. Qui tecum.

SABBATO HEBDOMADÆ II


Ad Vigilias

VERSUS INVITATORIUS

Dómini est terra et plenitúdo eius, * Veníte adorémus eum.

HYMNUS


ij. T.




Lux ætérna, lumen potens, * di- es



inde- fíci- ens, debellátor atræ noctis, re-



pará- tor lúminis, destructórque tenebrá-



rum, illustrá- tor ménti- um:

Quo nascénte suscitámur,
quo vocánte súrgimus;
faciénte quo beáti,
quo linquénte míseri;
quo a morte liberáti,
quo sumus perlúcidi;

Mortis quo victóres facti,
noctis atque sǽculi;
ergo nobis, rex ætérne,
lucem illam tríbue,
quæ fuscátur nulla nocte,
solo gaudens lúmine.

Honor Patri sit ac tibi,
Sancto sit Spirítui,
Deo trino sed et uni,
paci, vitæ, lúmini,
nómini præ cunctis dulci
divinóque númini. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. 1 Vísita nos, Dómine, in salutári tuo. 8.

Psalmus 105

Bonitas Domini et populi infidelitas

Hæc scripta sunt ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt. (1 Cor 10,11)

I

Confitémini Dómino, quóniam bonus, *
quóniam in sǽculum misericórdia eius.

Quis loquétur poténtias Dómini, *
audítas fáciet omnes laudes eius?

Beáti qui custódiunt iudícium, *
et fáciunt iustítiam in omni témpore.

Meménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli tui, *
vísita nos in salutári tuo,

ut videámus bona electórum tuórum, †
ut lætémur in lætítia gentis tuæ, *
ut gloriémur cum hereditáte tua.

Peccávimus cum pátribus nostris, *
iniúste égimus, iniquitátem fécimus.

Patres nostri in Ægýpto non intellexérunt
mirabília tua, †
non fuérunt mémores
multitúdinis misericordiárum tuárum, *
et irritavérunt ascendéntes in mare, mare Rubrum.

Et salvávit eos propter nomen suum, *
ut notam fáceret poténtiam suam.

Et incrépuit mare Rubrum, et exsiccátum est, *
et dedúxit eos in abýssis sicut in desérto.

Et salvávit eos de manu odiéntis, *
et redémit eos de manu inimíci.

Et opéruit aqua tribulántes eos: *
unus ex eis non remánsit.

Et crediérunt verbis eius, *
et cantavérunt laudem eius.

Cito oblíti sunt óperum eius, *
et non sustinuérunt consílium eius.

Et concupiérunt concupiscéntiam in desérto, *
et tentavérunt Deum in inaquóso.

Et dedit eis petitiónem ipsórum, *
et misit saturitátem in ánimas eórum.

Et zeláti sunt Móysen in castris, *
Aaron sanctum Dómini.

Apérta est terra et deglutívit Dathan, *
et opéruit super congregatiónem Abíron.

Et exársit ignis in synagóga eórum, *
flamma combússit peccatóres. 

Ant. 1 Vísita nos, Dómine, in salutári tuo. 8.

Ant. 2 Cave nequándo obliviscáris pacti Dómini Dei tui. 3.

II

Et fecérunt vítulum in Horeb, *
et adoravérunt scúlptile;

et mutavérunt glóriam suam *
in similitúdinem tauri comedéntis fenum.

Oblíti sunt Deum qui salvávit eos, *
qui fecit magnália in Ægýpto,

mirabília in terra Cham, *
terribília in mari Rubro.

Et dixit quia dispérderet eos, *
nisi affuísset Móyses eléctus eius.

Stetit in confractióne in conspéctu eius, *
ut avérteret iram eius ne destrúeret eos.

Et pro níhilo habuérunt terram desiderábilem, *
non credidérunt verbo eius.

Et murmuravérunt in tabernáculis suis, *
non exaudiérunt vocem Dómini.

Et elevávit manum suam super eos, *
ut prostérneret eos in desérto,

et ut deíceret semen eórum in natiónibus, *
et dispérgeret eos in regiónibus.

Et adhæsérunt Beélphegor, *
et comedérunt sacrifícia mortuórum,

et irritavérunt eum in adinventiónibus suis, *
et irrúpit in eos ruína.

Et stetit Phínees et fecit iudícium, *
et cessávit quassátio,

et reputátum est ei in iustítiam, *
in generatiónem et generatiónem
usque in sempitérnum.

Et irritavérunt eum ad Aquas Meríba, *
et male hábuit Móyses propter eos,

quia exacerbavérunt spíritum eius, *
et témere locútus est in lábiis suis.

Ant. 2 Cave nequándo obliviscáris pacti Dómini Dei tui. 3.

Ant. 3 Memor esto congregatiónis tuæ, Dómine, quam possedísti ab inítio. v.

III

Non disperdidérunt gentes *
quas dixit Dóminus illis.

Et commíxti sunt inter gentes, *
et didicérunt ópera eórum.

Et serviérunt sculptílibus eórum, *
et factum est illis in scándalum.

Et immolavérunt fílios suos *
et fílias suas dæmóniis.

Et effudérunt sánguinem innocéntem, †
sánguinem filiórum suórum et filiárum suárum *
quas sacrificavérunt sculptílibus Chánaan.

Et inféсta est terra in sanguínibus, †
et contamináti sunt in opéribus suis, *
et fornicáti sunt in adinventiónibus suis.

Et exársit ira Dóminus in pópulum suum, *
et abominátus est hereditátem suam,

et trádidit eos in manus géntium, *
et domináti sunt eórum qui odérunt eos.

Et tribulavérunt eos inimíci eórum, *
et humiliáti sunt sub mánibus eórum.

Sæpe liberávit eos; †
ipsi autem exacerbavérunt eum in consílio suo, *
et corruérunt in iniquitátibus suis.

Et vidit tribulatiónem eórum, *
cum audívit clamórem eórum.

Et memor fuit testaménti sui, *
et pænítuit eum secúndum multitúdinem
misericórdiæ suæ.

Et dedit eos in miseratiónes *
in conspéctu ómnium qui captívos dúxerant eos.

Salvos nos fac, Dómine Deus noster, *
et cóngrega nos de natiónibus,

ut confiteámur nómini sancto tuo, *
et gloriémur in laude tua.

Benedíctus Dóminus Deus Israel †
a sǽculo et usque in sǽculum, *
et dicet omnis pópulus: „Fiat, fiat."

Ant. 3 Memor esto congregatiónis tuæ, Dómine, quam possedísti ab inítio. v.

℣ Vias tuas, Dómine, demónstra mihi.
℟ Et sémitas tuas édoce me.

Benedictio Omnípotens Dóminus nos benedícat † et ab omni malo deféndat. † ℟ Amen.

IN II NOCTURNO

Ant. 4 Redemísti virgam hereditátis tuæ. viij.

Psalmus 73

Lamentatio propter templum vastatum

Nolite timere eos qui occidunt corpus. (Mt 10,28)

I

Ut quid, Deus, reppulísti in finem, *
irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ?

Memor esto congregatiónis tuæ, *
quam possedísti ab inítio.

Redemísti virgam hereditátis tuæ, *
mons Sion in quo habitásti.

Leva gressus tuos in ruínas sempitérnas: *
ómnia vastávit inimícus in sancto.

Rugiérunt qui odérunt te
in médio congregatiónis tuæ. *
Posuérunt signa sua in signa.

Visi sunt quasi in altum secúrim vibrántes *
in silva condénsa.

Excidérunt iánuas eius in idípsum; *
in secúri et áscia deiecérunt.

Incendérunt igni sanctuárium tuum, *
in terram polluérunt tabernáculum nóminis tui;

dixérunt in corde suo: „Opprimámus eos simul.“ *
Combussérunt omnes congregatiónes Dei in terra.

Signa nostra non vídimus, †
iam non est prophéta, *
et apud nos non est qui cognóscat ámplius.

Usquequo, Deus, improperábit inimícus, *
spernet adversárius nomen tuum in finem?

Ut quid avértis manum tuam, *
et tenes déxteram tuam in médio sinu tuo?

Deus autem rex noster ante sǽcula, *
operátus est salútes in médio terræ.

Ant. 4 Redemísti virgam hereditátis tuæ. viij.

Ant. 5 Exsúrge, Dómine, et iúdica causam meam. 1.

II

Tu conscidísti in virtúte tua mare, *
contribulásti cápita dracónum in aquis.

Tu confregísti cápita Levíathan, *
dedísti eum escam monstris maris.

Tu dirupísti fontes et torréntes; *
tu siccásti flúvios perénnes.

Tuus est dies et tua est nox, *
tu fabricátus es luminária et solem.

Tu statuísti omnes términos terræ, *
æstátem et híemem, tu plasmásti ea.

Memor esto huius: †
inimícus improperávit Dómino, *
et pópulus insípiens sprevit nomen tuum.

Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi, *
et ánimas páuperum tuórum
ne obliviscáris in finem.

Réspice in testaméntum, *
quia repléta sunt latíbula terræ tentóriis violéntiæ.

Ne revertátur húmilis factus confúsus; *
pauper et inops laudábunt nomen tuum.

Exsúrge, Deus, iúdica causam tuam; †
memor esto improperiórum tuórum, *
quæ ab insipiénte fiunt tota die.

Ne obliviscáris voces inimicórum tuórum; *
tumúltus eórum, qui insúrgunt, ascéndit semper.

Ant. 5 Exsúrge, Dómine, et iúdica causam meam. 1.

Ant. 6 Da nobis, Dómine, auxílium de tribulatióne. ij.

Psalmus 59

Post calamitatem oratio

In mundo pressuram habebitis, sed confidite: Ego vici mundum. (Io 16,33)

Deus, reppulísti nos, destruxísti nos; *
irátus es: convértere ad nos.

Concussísti terram, confregísti eam, *
sana contritiónes eius, quia commóta est.

Ostendísti pópulo tuo dura, *
potásti nos vino vertíginis.

Dedísti metuéntibus te signum, *
ut fúgiant a fácie arcus.

Ut liberéntur dilécti tui, *
salvos fac déxtera tua et exáudi nos.

Deus locútus est in sancto suo: †
„Lætábor et partíbor Síchimam, *
et convállem Succoth metíbor.

Meus est Gálaad, et meus est Manásses, *
et Ephraim fortitúdo cápitis mei.

Iuda sceptrum meum, *
  Moab olla lavácri mei.

Super Idumǽam exténdam calceaméntum meum, *
  super Philístiim vociferábor.“

Quis addúcet me in civitátem munítam? *
  Quis dedúcet me usque in Idumǽam?

Nonne tu, Deus, qui reppulísti nos, *
  et non egrediéris, Deus, in virtútibus nostris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, *
  quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem, *
  et ipse conculcábit tribulántes nos.

Ant. 6 Da nobis, Dómine, auxílium de tribulatióne. ij.

℣ Non cessámus pro vobis orántes et postulántes.
℟ Ut impleámini agnitióne voluntátis Dei.

Benedictio Ad intellegénda sua præcépta † apériat Dóminus corda nostra. † ℟ Amen.

Ad Laudes matutinas

HYMNUS

ij. T.


Per quem creátor ómnium
diem noctémque cóndidit,
ætérna lege sánciens
ut semper succédant sibi.

Tu vera lux fidélium,
quem lex vetérna non tenet,
noctis nec ortu súccidens,
ætérno fulgens lúmine.


Præsta, Pater ingénite,
totum ducámus iúgiter
Christo placéntes hunc diem
Sancto repléti Spíritu. Amen.

Ant. 1

8. T.



Bonum est confi-téri Dómino.



E u o u a e.

Psalmus 91

Laus Domini creatoris

Laudes enuntiantur pro gestis Unigeniti. (S. Athanasius)

Bonum est confitéri Dómino, *
et psállere nómini tuo, Altíssime,

annuntiáre mane misericórdiam tuam, *
  et veritátem tuam per noctem,

in decachórdo et psaltério, *
  cum cántico in cíthara.

Quia delectásti me, Dómine, in factúra tua, *
  et in opéribus mánuum tuárum exsultábo.

Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine: *
  nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

Vir insípiens non cognóscet, *
  et stultus non intélleget hæc.

Cum germináverint peccatóres sicut fenum, *
  et florúerint omnes qui operántur iniquitátem;

hoc tamen erit ad intéritum in sǽculum sǽculi; *
  tu autem altíssimus in ætérnum, Dómine.

Quóniam ecce inimíci tui, Dómine, †
  quóniam ecce inimíci tui períbunt, *
  et dispergéntur omnes qui operántur iniquitátem.

Exaltábis sicut unicórnis cornu meum, *
  perfúsus sum óleo úberi.

Et despíciet óculus meus inimícos meos, *
  et in insurgéntibus in me malignántibus
    áudiet auris mea.

Iustus ut palma florébit, *
  sicut cedrus Líbani succréscet.

Plantáti in domo Dómini, *
  in átriis Dei nostri florébunt.

Adhuc fructus dabunt in senécta, *
  úberes et bene viréntes erunt,

ut annúntient quóniam rectus Dóminus,
    refúgium meum, *
  et non est iníquitas in eo. ■

Ant. 1 Bonum est confitéri Dómino. 8.

Ant. 2

1. T.

E xci-ta, Dómine, poténti- am tuam,

ut salvos fáci- as nos. E u o u a e.

Psalmus 79

Visita, Domine, vineam tuam

Veni, Domine Iesu. (Ap 22,20)

Qui pascis Israel, inténde, *
qui dedúcis velut ovem Ioseph.

Qui sedes super chérubim, effúlge *
coram Ephraim, Béniamin et Manásse.

Excita poténtiam tuam, et veni, *
ut salvos fácias nos.

Deus, convérte nos, *
illústra fáciem tuam, et salvi érimus.

Dómine Deus virtútum, *
quoúsque irascéris super oratiónem pópuli tui?

Cibásti nos pane lacrimárum, *
et potum dedísti nobis in lácrimis copióse.

Posuísti nos in contradictiónem vicínis nostris, *
et inimíci nostri subsannavérunt nos.

Deus virtútum, convérte nos, *
illústra fáciem tuam, et salvi érimus.

Víneam de Ægýpto transtulísti, *
eiecísti gentes, et plantásti eam.

Purgásti locum in conspéctu eius, *
plantásti radíces eius, et implévit terram.

Opérti sunt montes umbra eius, *
et ramis eius cedri Dei;

exténdit pálmites suos usque ad mare, *
et usque ad Flumen propágines suas.

Ut quid destruxísti macériam eius, *
et vindémiant eam omnes
qui prætergrediúntur viam?

Exterminávit eam aper de silva, *
et singuláris ferus depástus est eam.

Deus virtútum, convértere; *
réspice de cælo et vide, et vísita víneam istam.

Et prótege eam quam plantávit déxtera tua, *
et super fílium hóminis quem confirmásti tibi.

Incénsa est igni et suffóssa; *
ab increpatióne vultus tui períbunt.

Fiat manus tua super virum déxteræ tuæ, *
super fílium hóminis quem confirmásti tibi.

Et non discedémus a te, vivificábis nos, *
et nomen tuum invocábimus.

Dómine Deus virtútum, convérte nos, *
et illústra fáciem tuam, et salvi érimus.

Ant. 2 Excita, Dómine, poténtiam tuam, ut salvos fácias nos. 1.

Ant. 3

vj. T.

Date magni-túdi-nem De-o nostro.

E u o u a e.

Canticum — Deut 32,1-12

Dei beneficia in populum

Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. (Mt 23,37)

Audíte, cæli, quæ loquor, *
  áudiat terra verba oris mei.

Stillet ut plúvia doctrína mea, *
  fluat ut ros elóquium meum,

quasi imber super herbam *
  et quasi stillæ super grámina;

quia nomen Dómini invocábo, *
  date magnificéntiam Deo nostro.

Petra, perfécta sunt ópera eius, *
  quia omnes viæ eius iustítia:

Deus fidélis et absque ulla iniquitáte, *
  iustus et rectus.

Peccavérunt ei, et non fílii eius in sórdibus suis, *
  generátio prava atque pervérsa.

Hǽccine rédditis Dómino, *
  pópule stulte et insípiens?

Numquid non ipse est pater tuus qui possédit te, *
  ipse fecit et stabilívit te?

Meménto diérum antiquórum, *
  cógita generatiónes síngulas;

intérroga patrem tuum, et annuntiábit tibi, *
  maióres tuos, et dicent tibi.

Quando dividébat Altíssimus gentes, *
  quando separábat fílios Adam;

constítuit términos populórum *
  iuxta númerum filiórum Israel;

pars autem Dómini pópulus eius, *
  Iacob funículus hereditátis eius.

Invénit eum in terra desérta, *
  in loco horróris et ululátu solitúdinis;

circúmdedit eum et atténdit, *
  et custodívit quasi pupíllam óculi sui.

Sicut áquila próvocans ad volándum pullos suos, *
  et super eos vólitans,

expándit alas suas et assúmit eum, *
  atque portat super pennas suas.

Dóminus solus dux eius fuit; *
  et non erat cum eo deus aliénus.

Ant. 3 Date magnitúdinem Deo nostro. vj.

Ant. 4

1. T.

Psalmus 149

Exsultatio sanctorum

Filii Ecclesiæ, filii novi populi exsultent in rege suo: in Christo. (Hesychius)

Cantáte Dómino cánticum novum; *
laus eius in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israel in eo qui fecit eum, *
et fílii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro, *
in týmpano et cíthara psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo, *
et honorábit mansuétos in salútem.

Iúbilent sancti in glória, *
  lætúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum, *
  et gládii ancípites in mánibus eórum,

ad faciéndam vindíctam in natiónibus, *
  castigatiónes in pópulis,

ad alligándos reges eórum in compédibus, *
  et nóbiles eórum in mánicis férreis,

ad faciéndum in eis iudícium conscríptum: *
  glória hæc est ómnibus sanctis eius.


Ant. 4 Reges terræ et omnes pópuli, laudáte Deum. 1.

LECTIO BREVIS Rom 12,14-16a


Benedícite persequéntibus vos; † benedícite et nolíte maledícere. * Gaudére cum gaudéntibus, flere cum fléntibus. † Idípsum ínvicem sentiéntes; * non alta sapiéntes, sed humílibus consentiéntes.

RESPONSORIUM BREVE

E xsultábunt lábi- a me- a, * Cum can-



Ad Benedictus, ant.



Oratio

Laudent te, Dómine, ora nostra, laudet ánima, laudet et vita, * et quia tui múneris est quod sumus, † tuum sit omne quod vívimus. Per Dóminum.

Ad Tertiam

Ant.

v. T.

Dóminus ædíficet nobis domum, et custódi- at civi-tátem. E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 359.

LECTIO BREVIS Deut 8,5b-6

Sicut érudit fílium suum homo, † sic Dóminus Deus tuus erudívit te, * ut custódias mandáta Dómini Dei tui, † et ámbules in viis eius, et tímeas eum.

℣ Timor Dómini sanctus, pérmanens in sǽculum sǽculi.
℟ Iudícia Dómini vera, iustificáta in semetípsa.

Oratio

Dómine Deus, Pater omnípotens, nobis maiestáti tuæ subiéctis Sancti Spíritus lumen infúnde, † ut ab omni hoste secúri, in tua iúgiter laude lætémur. Per Christum.

Ad Sextam

Ant.

iv. T.

Vide humilitátem meam Dómine, et éripe me. E u o u a e.

Psalmus 118

XX

Vide humiliatiónem meam, et éripe me, *
quia legem tuam non sum oblítus.

Iúdica causam meam, et rédime me; *
propter elóquium tuum vivífica me.

Longe a peccatóribus salus, *
quia iustificatiónes tuas non exquisiérunt.

Misericórdiæ tuæ multæ, Dómine; *
secúndum iudícia tua vivífica me.

Multi qui persequúntur me et tríbulant me; *
a testimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes, et tǽduit me, *
quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi, Dómine; *
secúndum misericórdiam tuam vivífica me.

Princípium verbórum tuórum véritas, *
in ætérnum ómnia iudícia iustítiæ tuæ.

XXI

Príncipes persecúti sunt me gratis, *
et a verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego super elóquia tua, *
sicut qui invénit spólia multa.

Mendácium ódio hábui et abominátus sum; *
legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi *
super iudícia iustítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam, *
et non est illis scándalum.

Exspectábam salutáre tuum, Dómine, *
et præcépta tua feci.

Custodívit ánima mea testimónia tua, *
et diléxi ea veheménter.

Servávi mandáta tua et testimónia tua, *
quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

XXII

Appropínquet deprecátio mea
in conspéctu tuo, Dómine; *
iuxta verbum tuum da mihi intelléctum.

Intret postulátio mea in conspéctu tuo, *
secúndum elóquium tuum líbera me.

Eructábunt lábia mea hymnum, *
cum docúeris me iustificatiónes tuas.

Cantet lingua mea elóquium tuum, *
quia ómnia præcépta tua iustítia.

Fiat manus tua ut ádiuvet me, *
quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi salutáre tuum, Dómine, *
et lex tua delectátio mea est.

Vivet ánima mea et laudábit te, *
et iudícia tua adiuvábunt me.

Errávi sicut ovis quæ périit; *
quære servum tuum,
quia præcépta tua non sum oblítus. 

Ant. Vide humilitátem meam, Dómine, et éripe me. iv.

LECTIO BREVIS 1 Reg 2,2b-3

Confortáre et esto vir, et obsérva custódias Dómini Dei tui, † ut ámbules in viis eius, * ut custódias cæremónias eius et præcépta eius et iudícia et testimónia, † ut intéllegas univérsa quæ facis.

℣ Deduc me, Dómine, in sémitam præceptórum tuórum.
℟ Quia ipsam vólui.

Oratio

Concéde nobis, Dómine, lux ardens caritátis ætérnæ, † ut tua semper caritáte fervéntes, * te super ómnia et fratres propter te uno diligámus amóre. Per Christum.

Ad Nonam

Ant.

1. T.

Dómine non est exaltátum cor me-um. E u o u a e.

Psalmi, ut in dominica, 367.


LECTIO BREVIS Ier 6,16

State super vias et vidéte, † et interrogáte de sémitis antíquis quæ sit via bona, * et ambuláte in ea, † et inveniétis refrigérium animábus vestris.

℣ Heréditas mea testimónia tua in ætérnum.
℟ Quia exsultátio cordis mei sunt.

Oratio

Exáudi nos, Dómine, et præsta pacem, quam pétimus, consummátam, * ut cunctis diébus vitæ nostræ tibi cum iucunditáte vacántes, † beáta María Vírgine intercedénte, ad te secúri perveníre mereámur. Per Christum.




Ad Completorium

HYMNUS


I

In sollemnitatibus


iv. T.



Te lucis ante términum, * rerum cre-




á-tor, póscimus, ut sóli-ta cleménti- a




sis præsul ad custódi- am.

In dominicis et festis


ij. T.



Te lucis ante términum, * rerum



cre-átor, póscimus, ut sóli-ta cleménti- a



sis præsul ad custódi- am.

In memoriis

viij. T.

Te lucis ante términum, * rerum cre-átor, póscimus, ut sóli-ta leménti- a sis præsul ad custódi- am.

In feriis

ij. T.

Te lucis ante términum, * rerum cre-átor, póscimus, ut sóli-ta cleménti- a sis præsul ad custódi- am.

Te corda nostra sómnient,
te per sopórem séntiant,
tuámque semper glóriam
vicína luce cóncinant.

Vitam salúbrem tríbue,
nostrum calórem réfice,
tætram noctis calíginem
tua collústret cláritas.

Præsta, Pater omnípotens,
per Iesum Christum Dóminum,
qui tecum in perpétuum
regnat cum Sancto Spíritu. Amen.

II

In sollemnitatibus

iv. T.

Christe, qui, splendor et di- es, * no-ctis tenébras détegis, lucísque lumen cré-deris, lumen be-á-tis prædicans,

In dominicis et festis

ij. T.

Christe, qui, splendor et di- es, * no-ctis tenébras détegis, lucísque lumen cré-deris, lumen be- átis prædicans,

In memoriis

viij. T.

Christe, qui, splendor et di- es, * noctis tenébras détegis, lucísque lumen crédede- ris, lumen be- átis prǽdicans,

In feriis

ij. T.

Christe, qui, splendor et di- es, * noctis tenébras détegis, lucísque lumen crédederis, lumen be- átis prǽdicans,

Precámur, sancte Dómine,
hac nocte nos custódias;
sit nobis in te réquies,
quiétas horas tríbue.

Somno si dantur óculi,
cor semper ad te vígilet;
tuáque dextra prótegas
fidéles, qui te díligunt.


Defénsor noster, áspice,
insidiántes réprime,
gubérna tuos fámulos,
quos sánguine mercátus es.


Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória,
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.


III

Tempore paschali

ij. T.







Tu fabricátor ómnium
discrétor atque témporum,
fessa labóre córpora
noctis quiéte récrea.

Qui frangis ima tártara,
tu nos ab hoste líbera,
ne váleat sedúcere
tuo redémptos sánguine,

Ut, dum graváti córpore
brevi manémus témpore,
sic caro nostra dórmiat
ut mens sopórem nésciat.

Iesu, tibi sit glória,
qui morte victa prænites,
cum Patr*e* et almo Spiritu,
in sempitérna sæcula. Amen.

Ant.

1. T.

In nóctibus benedíci- te Dóminum.

E u o u a e.

Tempore paschali

Ant.

8. T.

Al-le- lúia, allelúia, allelúia.

E u o u a e.

Psalmus 4

Gratiarum actio

Admirabilem fecit Dominus, quem suscitavit a mortuis.

(S. Augustinus)

Invocántem exáudi me, Deus iustítiæ meæ; *
in tribulatióne dilatásti mihi;

miserére mei, *
et exáudi oratiónem meam.

Fílii hóminum, úsquequo gravi corde? *
Ut quid dilígitis vanitátem et quǽritis mendácium?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus
sanctum suum; *
Dóminus exáudiet, cum clamávero ad eum.

Irascímini et nolíte peccáre; †
loquímini in córdibus vestris, *
in cubílibus vestris et conquiéscite.

Sacrificáte sacrifícium iustítiæ *
et speráte in Dómino.

Multi dicunt: „Quis osténdit nobis bona?“ *
Leva in signum super nos
lumen vultus tui, Dómine.

Maiórem dedísti lætítiam in corde meo, *
quam cum multiplicántur
fruméntum et vinum eórum.

In pace in idípsum dórmiam et requiéscam, *
quóniam tu, Dómine,
singuláriter in spe constituísti me. 

Psalmus 90

In protectione Altissimi

Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones. (Lc 10,19)

Qui hábitat in protectióne Altíssimi, *
sub umbra Omnipoténtis commorábitur.

Dicet Dómino: †
„Refúgium meum et fortitúdo mea, *
Deus meus, sperábo in eum."

Quóniam ipse liberábit te de láqueo venántium *
et a verbo malígno.

Alis suis obumbrábit tibi, *
et sub pennas eius confúgies.

Scutum et loríca véritas eius; *
non timébis a timóre noctúrno,

a sagítta volánte in die, †
a peste perambulánte in ténebris, *
ab extermínio vastánte in merídie.

Cadent a látere tuo mille, †
et decem mília a dextris tuis; *
ad te autem non appropinquábit.

Quodsi óculis tuis consideráveris, *
retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es, Dómine, refúgium meum. *
Altíssimum posuísti habitáculum tuum.

Non accédet ad te malum, *
et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam ángelis suis mandábit de te, *
ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te, *
ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem et basilíscum ambulábis, *
et conculcábis leónem et dracónem.

Quóniam mihi adhǽsit, liberábo eum; *
suscípiam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, et ego exáudiam eum; †
cum ipso sum in tribulatióne, *
erípiam eum et glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum, *
et osténdam illi salutáre meum. ■

Psalmus 133

Vespertina oratio in templo

Laudem dicite Deo nostro, omnes servi eius et qui timetis eum, pusilli et magni. (Ap 19,5)

Ecce benedícite Dóminum, omnes servi Dómini; *
qui statis in domo Dómini per noctes.

Extóllite manus vestras ad sanctuárium, *
et benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, *
qui fecit cælum et terram.

Ant. In nóctibus benedícite Dóminum. 1.

Tempore paschali

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 8.

LECTIO BREVIS

Post I Vesperas dominicæ et sollemnitatum Deut 6,4-7

Audi, Israel: * Dóminus Deus noster Dóminus unus est. † Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota ánima tua et ex tota fortitúdine tua. * Erúntque verba hæc quæ ego præcípio tibi

hódie in corde tuo, † et narrábis ea filiis tuis, * et meditáberis in eis sedens in domo tua et ámbulans in itínere, † dórmiens atque consúrgens.

Post II Vesperas dominicæ et sollemnitatum Ap 22,4-5

Vidébunt fáciem Dómini, et nomen eius in fróntibus eórum. † Et nox ultra non erit, et non egébunt lúmine lucérnæ, neque lúmine solis; * quóniam Dóminus Deus illuminábit illos; † et regnábunt in sǽcula sæculórum.

Feria secunda 1 Th 5,9-10

Pósuit nos Deus in acquisitiónem salútis, † per Dóminum nostrum Iesum Christum, qui mórtuus est pro nobis, * ut, sive vigilémus sive dormiámus, † simul cum illo vivámus.

Feria tertia 1 Petr 5,8-9

Sóbrii estóte et vigiláte, * quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgiens círcuit quærens quem dévoret; † cui resístite fortes in fide.

Feria quarta Eph 4,26-27

Nolíte peccáre; * sol non óccidat super iracúndiam vestram. † Nolíte locum dare diábolo.

Feria quinta 1 Th 5,23

Ipse Deus pacis sanctíficet vos per ómnia, † ut ínteger spíritus vester et ánima et corpus sine queréla in advéntu Dómini nostri Iesu Christi servétur.

Feria sexta Ier 14,9

Tu autem in nobis es, Dómine, † et nomen sanctum tuum invocátum est super nos: * ne derelínquas nos, Dómine Deus noster.

In sollemnitatibus et dominicis privilegiatis

RESPONSORIUM BREVE

In manus tuas, Dómine, * Comméndo spí- ritum me- um. In. ℣. Redemísti nos, Dómine De- us veri- tátis. * Comméndo.

T. P. in dominicis et sollemnitatibus

In manus tuas, Dómine, comméndo spíri-tum me-um, * alle- lúia, allelúia. In.

℣. Redemísti nos, Dómine De-us veri-tá-tis. * Alle- lúia.

Ant.

3. T.

Salva nos, Dómine, vigi-lántes, custó-di nos, dormi-éntes, ut vigi-lémus cum Christo et requi-escámus in pace. (T.P. Alle-lúia.) E u o u a e.

Canticum Evangelicum Lc 2,29-32

Christus lumen gentium et gloria Israel

Nunc dimíttis servum tuum, Dómine, *
secúndum verbum tuum in pace;

quia vidérunt óculi mei *
salutáre tuum,

quod parásti *
ante fáciem ómnium populórum:

lumen ad revelatiónem géntium, *
et glóriam plebis tuæ Israel.

Ant. Salva nos, Dómine, vígilantes, custódi nos dormiéntes, ut vigilémus cum Christo et requiescámus in pace. (T.P. Allelúia.) 3.

Infra hebdomadam Paschæ

℣ Hæc dies quam fecit Dóminus, allelúia.
℟ Exsultémus et lætémur in ea, allelúia.

Ceteris diebus

℣ Custódi nos Dómine ut pupíllam óculi (T. P. allelúia).
℟ Sub umbra alárum tuárum prótege nos (T. P. allelúia).

ORATIO CONCLUSIVA

Post I Vesperas dominicæ

Vísita nos, quǽsumus, Dómine, hac nocte præsenti, * ut, dilúculo tua virtúte surgéntes, † de resurrectióne Christi tui gaudére valeámus. Qui vivit.

Post II Vesperas dominicæ

Vox nostra te, Dómine, humíliter deprecétur, † ut, domínicæ resurrectiónis hac die mystério celebráto, * in pace tua secúri a malis ómnibus quiescámus, † et in tua resurgámus laude gaudéntes. Per Christum.

In sollemnitatibus extra dominicam occurrentibus post I et II Vesperas

Vísita, quǽsumus, Dómine habitatiónem istam, † et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle; * ángeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant, † et benedíctio tua sit super nos semper. Per Christum.

Feria secunda

Quiétem, Dómine, corpóribus nostris tríbue salutárem, * et quæ fúdimus hódie sémina per labórem, † fac ut messem gérminent sempitérnam. Per Christum.

Feria tertia

Noctem istam, quǽsumus, Dómine, benígnus illúmina, * et ita fac in pace nos tuos fámulos obdormíre, † ut læti ad novi diéi claritátem in tuo nómine suscitémur. Per Christum.

Feria quarta

Dómine Iesu Christe, qui iugum suáve te sequéntibus onúsque leve pérhibes mitis et húmilis, * dignáre huius diéi vota et ópera nostra suscípere, † et quiétem tribúere, qua tuo nos fácias servítio promptióres. Qui vivis.

Feria quinta

Dómine Deus noster, diúrno labóre fatigátos, † quiéto sopóre nos réfove, * ut, tuo semper auxílio recreáti, † tibi córpore simus et mente devóti. Per Christum.

Feria sexta

Concéde nos, omnípotens Deus, * ita sepúlto Unigénito tuo fidéliter inhærére, † ut cum ipso in novitáte vitæ resúrgere mereámur. Qui vivit.

Antiphona ad Beatam Mariam Virginem

j. T.

Salve Regína, Mater misericórdiæ, vita, dulcédo, et spes nostra, salve. Ad te clamámus éxsules, fílii Evæ. Ad te suspirámus geméntes et flentes in hac lacrymárum valle. Eia ergo advocáta nostra, illos tu-

S al- ve Re- gí- na, Mater miseri-

córdi- æ, vi- ta, dulcé- do, et spes

nostra, sal- ve. Ad te clamámus éxsules,

fíli- i Evæ. Ad te suspirá- mus geméntes

et flentes in hac lacrymá- rum valle.

E-ia ergo advocá- ta nostra, illos tu-

os misericór- des óculos ad nos con-

vér- te. Et Ie- sum, benedí- ctum fructum

ventris tu- i, no- bis post hoc exíli- um

ostén de. O clemens, o pi- a, o

dulcis Virgo Ma- rí- a. (T.P. Al-

le- lú- ia.)

Benedictio

Benedícat et custódiat nos omnípotens et misericors Dóminus, † Pater, et Fílius * et Spíritus Sanctus. ℟ Amen.

Imprimatur
+ fr. Gregorius II. Henckel Donnersmarck A. S. C.
die 21mo m. martii A. D. MMVI
in transitu S. P. N. Benedicti

Imagines pinxit
Michael Fuchs
A.D. MMIII - MMIV

ISBN 3-85105-007-9

